

Christi Salvatoris nostri dicentis: penitentiam agite; appropinquavit enim dies. Lucas 13. 10. Leonis gerit imaginem, ob rugitum vocis suae...

Et factum est, cum accubaret in domo illius multi publicani, et peccatores, simul discubebant cum Jesu. Marci 2. 15. Magno mox convivio in domo sua instructo...

In aliquando conversus confirmat fratres suos. Lucas 22. 32. Piscina tua frateris vomicae est, in eam si descideris primus, licet Naaman sis...

Cornelius expectabat illas convocationis cognationis suae. Act. 10. 24. Prae gaudio: quia drachma animae suae inventa, adveniente Petro: ut illa mulier pro gaudio hoc vocat amico.

§. XXXI.

Miscellanea.

Oculum me ostendo vobis. Cant. 1. 1. Non temere affurgat anima ad os Serenissimi Sponsi, sed ad pedes severissimi Domini...

Stans retro. Lucas 7. 39. Stabat retro, quia ejus vestigia imitari proponebat.

Cum in se reverens cognosceret, quam male ambulasset, a tergo Domini se constituit; ut jam non suum instintum, sed Domini ductum, & vestigia sequeretur.

Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem? Ex. 3. 11. Sapienter se Moyses apud Deum excusavit de adendo Pharaone.

Cadens in terram. Act. 9. 4. Cecidit in faciem antretrosum? S. Gregor. hom. 8. in Ezech. putat in faciem cecidisse: quia penitentes, ac justificandi, per humilitatem, ac poenitentiam...

Abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Joan. 18. 6. Sylveira hic. In faciem cadere, est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, & poenitendo desere.

veira hic. In faciem cadere, est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, & poenitendo desere. Retroro vero, quod non videtur cadere, est ex hac vita repente decedere, & ad quae supplicia ducatur, ignorare.

Est nobis spes magna poenitentibus: quia Advocatus noster factus est Judex noster. Id. hom. 34. in Evang. in fine. Quis tam inlicitior, ut non poeniteat his diebus?

Vasa figuli probat fornax, & tribulatio verè poenitentes discernit. Id. tr. de gradib. superbiæ gr. 8.

Quia hæc Dominicæ crene sacra festivitas multa in se habet mysteria; ideo in ea specialiter poenitentibus confugiunt unum videtur esse ad Dominum; & non solum publicè poenitentibus; sed etiam omnibus Christianis.

Hæc die poenitentibus per indulgentiam subvenitur; discordes ad concordiam hodie redeunt; pacificantur irati iudices, & jam latronibus parent; patentur carceres in toto orbe; dant indulgentiam principes criminis; servis malis indulgent Domini.

Poenitentia indigna admodum est patientiæ; citra cujus operam perfici neutiquam potest. S. Antiochus Abb. hom. 74.

§. XXXII.

Impenitentia.

Spiritus autem blasphemiam non remittitur. Matth. 12. 31. Hæc omnino impenitentia non habet remissionem neque in hoc seculo, neque in futuro.

Theophrastus tibi iram in die ira. Rom. 2. 5. Dum ad poenitendum tempus accipit, & ad peccatum expendit; ipsum remedium gratiæ verit in augmentum culpæ. Sancti. Arculfo. hom. 14. in Matth. 4.

Non dolere, quia peccaveris, magis indignari, atque irasci facit Deum, quam illud ipsum, quod antea peccaveras. Propter quod in ipsam jam dignam erat demergi terram, & ne solem quidem istum videre, non respirare profusur. S. Chrysol. hom. 14. in Matth. 4.

Fuit Toleti juvenis, ab ineunte ætate corruptis moribus: qui cum coepisset aegrotare, ab accedente Confessario de poenitentia monitus, negavit tunc esse necessitatem confessionis.

TITULUS XXV.

POTENTIA DEI.

§. I.

Testimonia.

In principio creavit Deus caelum, & terram. Gen. 1. 1. Deus praepter humanum morem, suum perficiens ædificium, prius caelum extendit, postea & terram subternit; prius culmen, & postea fundamentum. In hominum sanè operibus nihil tale unquam fuit; sed, jubente Deo, voluntatibus ejus parent; & cedunt omnia. Sancti. Chrysol. t. 1. hom. 2. in Gen.

Factus est homo in animam viventem. Gen. 2. 7. Cald. in animam loquentem. Formavit Dominus Deus hominem de limbo terra: Hebr. plasnavit Deus hominem pulvorem, vel lutum, & de terra. Insuperavit: ut offenderet, ait Theodoretus, tam facile esse Deo animam creare, quam homini insufflare. Cornelius hic.

Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem? Ex. 3. 11. Sapienter se Moyses apud Deum excusavit de adendo Pharaone. Ad quem Dominus: ego ero tecum; & hoc habebis signum, quod miserum te. v. 12. &c. Querunt Interpretes, quodnam fuerit hoc signum à Deo exhibitum; ex quo Moyses intellexerit, se aptum fore tanque legationis ministerium: an prodigium ali-quod? quale dedit Gedeoni Judic. 6. 37. quale dedit Ezechie. 4. Reg. 20. 9. quale promisit Achaz. Il. 7. 11. Nullum simile in litera profertur. Aperte Burgenfis: inhabilitas, seu debilitas Moysis, quam Deo ostendebat ad excusationem suam, erat intenta à Deo, ut esset signum manifestum de hoc:

hoc: quod ista eductio ferret à solo Deo. Mendocain. Reg. 14. 7. hic.

Poenitens virga bis filicem. Num. 20. 11. Silex est petra dura, sicca; inepta ad aquam, sed prompta ad ignem; ut notat Abulen. ut sic reluceret magis divina virtus. Sylveira Addit. in Joan. 2. c. 6. q. 3.

Omnique populus per arentem alveum transibat. Joan. 3. 17. Celebrant Historici. Euphratis divisionem; quam primò fecit Semiramis, secundo Cyrus, tertio Alexander M. Cyrus enim Babylonem expugnavit, Euphratem, qui eam interluit, in fossas plurimas dividendo; ac per ficum Ephratis alveum in urbem milites immitendo, teste Herodoto l. 1. At quot mensibus in his fossis effodiendis laboratum est? quantis impendiis? quor hominum millibus? Josue verò Jordanem, inferens in eum solum Arcam, illic divisit, sicavitque; ac per eum trices centena millia hominum, cum tot millibus gregibus ovium, bovum, asinorum, camelorum, & eorum, curram &c. paucis horis transiit. Similiter Elias, pallio suo percussit Jordanem, cum divisit, ac per divisum sicco pede transiit. 4. Reg. 2. 8. Idem fecit Elifaus. 4. Reg. 2. 14.

Aeratis itaque Dominus molarem dentem. Judic. 15. 19. Deus per eandem maxillam frus remedium præbuit, eliciens ex ea aqua fontem perennem. Discite, quam magnus Deus, per res viles, & parvas, ut per maxillam, magna operetur. Quare nemo desperet, se ejus ope magna futurum; dummodo ei strenue cooperetur. Cornelius hic.

Hoc est vel maxime potentie Dei munus, hoc imprimis ostendit ejus vires; quòd in mediis malis, & periculis, non sinit deiji animam. S. Chrysol. in Pf. 137.

Quis videns differentes hominum in tot millibus formas, & nunquam secundum omnia convenientes, non mirabitur opus. S. Greg. Nyls. l. 8. de provid. c. 1.

Ux ex linea unica Apellis inimitabilem in pingendo peritiam luculentè dependit Protopogenis; ita eerdè, tametsi scærabat, aut musæam dumtaxat, condidisset Deus; abunde potentiam, ac magnificentiā suam, testatus esset; & gloriam eo mereretur insinuat, quòd de nihilo, & solus, adeoque facillè id processisset; quòd de hominum omnium nullus intellectus, nulla hominum brachia, nulla opificum instrumenta, nulla sapientum industria, nulla regum potentia attentare auderet, nedum valerè perficere. Doultreman de amore l. 3. cap. 5. sect. 1.

§. II.

Potentia divinæ omnia facilia.

Domine Deus. Gen. 1. 3. id est, mente concepit, voluit, imperavit efficiacit; atque inoperando respicere efficit: Dei enim vult, est effici, inquit S. Athanas. f. 3. contra Arianos. Cornelius hic.

Ipsi dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt. Pfal. 148. 5. Cum univèrsum conderet terrarum orbem, & omnia, quæ in illo sunt, à principio dixit, & facta sunt. Non aliter Angelorum naturam, quàm casuum quorundam vermiculari creavit; non amplius laboravit. At verò, cum hominis naturam plasmare, vellet, ut illi in aliis ludo; sed cum hominibus delictor, præsertim in templo. Unde Deus templum vocat suam voluptatem, juxta Pf. 26. 4. ut videam voluptatem Domini, Cornelius hic.

Non eris impossibilis apud Deum omne verbum. Luc. 1. 37. Hebr. non eris impossibilis apud Deum omnis res. Et licet idem sit sensus cum nostra Vulgata, ipsa tamen melius retinet: non eris impossibilis apud Deum omne verbum. Rationem dat S. Bernardus hom. 4. sup. Mils. non ait Angelus, omne factum; sed omne verbum. An idcirco posuit verbum, quia quem facillè possunt homines loqui, quòd volunt, etiam quòd nullatenus possunt; tam facillè, immò incomparabiliter facillius, valet Deus opere complere, quiddid illi valent verbo exprimere.

Univèrsum Deus, simul ut cogitavit, perfectè id: quòd cogitavit; & simul ac voluit, & cogitavit hoc, quòd voluit; tunc cogitans, cum vult; & tunc volens, quòd cogitavit; tunc totus cogitans, & totus sensus, & totus oculus, & totus auditus, & totus fons omnium bonorum. S. Irenæus l. 1. Adv. hæres. c. 6.

Ignis naturali motus in altum ferri consuevit, quemadmodum aqua flux deorsum vergente labitur. Nec possibile est, in

aquam, ut à montis radice exorta, escumen versus surfum feratur dirigere; vel igni flammam suam deorsum emittat, persuadere. Creatori autem facillè factum fuit omnia. Equidem solem, & lunam, unà cum toto illo bellarum cœtu, cœlo terga vertisse; & radios suos deorsum emittere, videmus. Similiter, & aquarum naturam, cum fluida, & fluxa, sit, sublimen tamen in altum subvehit idem opifex; & excimis Mundi paribus in altum subductam, mediam inter cœlum, & terram, extendens constituit. B. Theodor. de provid. Deif. l. 1.

§. III.

Potentia sua utitur Deus in bonum.

Et erant valde bona. Gen. 5. 31. Bene omnia fecit, qui primam creationem aspiciens, cuncta, quæ fecerat, erant valde bona. Nescit ab ista potentia, præterquam bonum, egredi; sed ipsa creatura se traicit in vitium. Sim. Cass. l. 5. c. 25.

Dominus Deus virtutum, qui similis tibi è potes et Dominus. Pf. 88. 9. Unde hoc colligis vates sancte? Tu, ait, dominarius potestatis maris; motum autem fluctuum ejus tu migra. v. 10. Audin? potentior Deus habetur cæteris; non quòd ciere possit maris fluctus; sed quòd comprimeret, & cohibere illos solet: sedare, non excitare, tempestates, indicium est omnipotentis. Oliva l. 12. Strom. 5. Domine Deus &c.

Dominus, si vis, potes me mundare. Matth. 8. 2. Non aptè leprosus de voluntate Domini dubitat, qui sanandi potentiam profiteretur. Potest mundare? ergo vult, si ab homine obstaculum non fuerit positum. Seneca l. 4. de benef. c. 26. de Deo: æquali tenore bona sua per genes, populolque, distribuit; unam fortius potentiam, professe, Philo de migrat. Abrah. liquet, apud Deum esse potentiam, quæ ad opem nobis ferendam excubat. Elcobar. t. 1. mir. Chr. l. 4. lect. 1. obf. 3. Scio, cui credidi; & certus sum, quia potes esse depositum memo servare in illum diem. Tim. 1. 12. quodnam illud depositum? Ambros. propriam salutem. Anselm. bona opera, cum ipse æternæ remunerationis facta, Chrysol. sermo Fideles. Cur non dixit: potens est servare, & vult servare? superfluum esset. Elcobar. ib.

Divinam potentiam evidentius nihil manifestat, quàm justificare impium. Idiota. 3. contempl. c. 1.

§. IV.

Appendix.

Omnipotentiæ divinæ majestatis cuncta potestatis sunt impenitentia concludit; nec evadendi potentiam ejus quicquam aditum invenire poterit: quia ille omnia circumquaque confingit. S. Isidorus l. 1. senect. c. 2.

T U L U S XXI.

POTESTAS.

En in bonum, non malum, utere.

In consiliis eorum non veniat anima mea, & in calum illorum non fit gloria mea. Gen. 49. 6. Abhorret talem gloriam; quia eorum tota potestas, & fortitudo, se ostendit in destructione Sichitarum, nulli parentes &c. Sylveira addit. in Joan. 2.

Etiam si Amidiām partem regni mei perieris, impetrabis. Esh. 5. 6. Quicquid perieris, dabo tibi. Marci 6. 23. Utrique idem promittitur. Sed Eshet, potestatis à rege accepta, uritur in libertatem totius populi Hebræorum morte condonati: hæc verò capite Joannis B. amputando abutitur. Potestas probis data in aliorum bonum credit; iniquis, damnum iustis, & toti Mundo inferi. Sylveira in Marc. 6. 23 2.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed potius timete eum, qui potest & animam. Mat. 10. 28. Nota cum Ambrosio l. 1. de poenit. c. 2. Cum de tyrannis agit, dicit, qui occidunt corpus; cum verò de Deo, non ait, qui occidit, sed qui potest; Homines non modò possunt mala inferre, sed sæpe verè inferunt; at verò Deus, contentus sua potentia castigandi, & dampnandi, eam non producit in actum. Pinna Ethol. 260.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: mox sequitur: venite ad me omnes. Matth. 11. 27. Innuat causam potestatis, ut omnibus scilicet beneficiat. Sylveira hic c. 20.

Data est mihi omnis potestas euntes ergo dicite. Mat. 28. 18. 19. Novarinus, qui verborum nexus, quæ consecutio ista est? data est mihi omni potestas; ergo dicite omnes gentes. Injuriarum memor dixisset: potestas mihi data est: ergo penas luens, qui in me feverunt. Non dixit illud Christus injuriarum oblitus, querit omnium salutem. Didac. Nyls. Pheg. Græc. l. 7. c. 6. Cur non etiam ait in.

in Inferno? ut homines magis ad se traheret coelesti pro- mio, quam metu poenæ gehennalis. 2. ut declaret, poten- tiam suam maxime esse in beneficiando; & nemini nocendo. Sylveira hic c. 9.

Sciatis, quia omnia dedit ei Pater in manus. Joan. 13. 3. Sciebat enim; quod in manu sua ipsos etiam persecutores habere; ut ipsos in se ad usum pietatis inquireret, quid- quid eorum malitia contra se permilla leviter. S. Gregor. mor. l. 6. in Cat. S. Thomæ. Data ei potestas, non ut destrue- ret; sed ut omnia in bonum; & salutem converteret. Syl- veira hic.

Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te. Joan. 19. 10. Potestas ejus prius ad nocen- dum; è contra divina potentia. Marc. 16. 16. *qui crediderit,* & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, con- demnabitur. Mala potestas; licere, quod nocere; potestas ista tenebrarum est. S. Ambros. in Pf. 116. l. 20. Sylveira Ad- dit, in Joan. 19.

TITULUS XXVIII

PRÆCEPTA DEI.

§. I.

Symbola.

Querent hominem scientem fallere cithara. 1. Reg. 16. 16. Decachordi positio Decalogi legis est observatio. S. Ru- pertus Abb. in 1. Reg. 28.

In pſalterio decem chorardum pſalite illi. Pf. 32. 2. S. Augu- stus hic: per pſalterium decem chorardum intelligit decem prœcepta. Sed cur Legem pſalterium vocat? Quia lex, ut ait Aug. eum jubilo, & lætitia, implenda est, non timore. Pinna Ethol. 23.

Sicut pſele capinuntur hamo. Eccl. 9. 12. Rete malum est multiplex vitio, ac iniquitates congestum. Et & rete bonum; sagena scilicet è prœceptis Salvatoris nostri contexta. Olympiodorus hic.

Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Eccl. 10. 8. Sepes animæ, lex est divina. Qui ergo legem DEI contemnit, & divina prævaricator; mandata; qui falsa cognitione decidit in peccatum, cuius opifex est ipse callidus serpens; ille incautus, ac divina casus gratia, morsus serpentis perpetuetur. Idem hic.

Poma nova, & vetera, servavi tibi. Cant. 7. 13. Quia nova, & vetera, poma sunt Decalogi, & Evangelii manda- ta; hic doceatur servare mandatum, sicut poma. S. Bo- naventura in Pf. 118.

Sanctum vestrum super substantiam. Matth. 6. 10. Intelligit S. Augustinus spirituale, præcepta scilicet divina; quæ quoti- die oportet meditari, & operari hic. Item V. Beda hic.

Data sunt decem præcepta mortalibus omnibus; & ad ea observanda quisque compellitur. Sunt hæc vetricigala annua Regi debita. Quis igitur perfolvens debita hæc vetricigala Regi multam effugit? S. Dorotheus Abb. de renuntiatione doct. 1.

§. II.

Præcepta omnia servanda.

Ex Veteri.

Anathema in medio tui est Israel. Jos. 7. 23. Poterat reus Achaz furti accusatus defendere se, & exclamare: ego, Domine, accurate observo quietem Sabbati; decima per- solvo; nihil detrahens; æque ac vestrum quivis circumci- sus sum; tam sepe, ad tuendam Arcam pugnavi. Sed ni- hil horum dicit: quia advertit, sic non exulati fura. S. Athanas. orat. ad Ep. contra Ariam. Achaz furti accersitus, non suam imbellis fortitudinem pro excavatione obtendit; sed convicius de crimine, ab omnibus lapidatus est. Non enim alterius criminis purgatio in alio scelere documentum inopie sapientie suppeditat. Oliva tom. 2. conc. 7. die Ven. post Cineres.

In hoc servam vobiscum factus, ut unam omnium vestrum ocu- los dextros. 1. Reg. 11. 2. Notandum, quod impius rex non duos inimicos eruerit, sed unum duntaxat oculum flagitavit; ut eos in opprobrium Israel ponat: quia fæpe malignus hostis contententi sibi potiorum partem sanctitatis admittit; minorem vero artincicula quadam industria derelinquit: ut in eo, quod tollitur, sit occasio damnationis, ut pereat; in eo vero, quod remanet, de spe fiducia præsumatur. Petrus Dam. l. 6. ep. 5. apud Did. Nyss. D. 5. Pent.

Iustitia inducus sum, & vestivi me sicut vestimento Or. Job 29. 14. S. Gregor. M. vestimento utique, cum vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo iustitia, sicut vestimen- to, vestitur; qui se ubique bono opere protegit; & nullam

partem actionis suæ, peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus iustus est, in aliis injulius, quasi hoc latus cooperuit, illud nudavit. Nec jam bona sunt opera, quæ su- bortis aliis pravis operibus inquinantur. Apud Did. Nyss. D. 5. Pent.

Tota pulchra est amica mea. Cant. 4. 7. In hoc capite decem corporis partes in sponſa ex ordine laudanur; oculi; capil- li, dentes, labia, eloquium, genæ, collum, ubera duo; & ea, quæ intrinsicè latent. Ab illis tota pulchra dicitur; quod nullius transgressione mandati contraxit maculam. Did. Nyss. antè citatus.

Ex Novo.

Sic decet nos implere omnem iustitiam. Matt. 3. 15. Plurali numero se posuit: quod in aliqua Evangelii parte simile ge- nus loquendi nunquam reperimus; sed, propter membra co- hærentia sibi, Christus tali loquendi genere usus est: sic de- cet nos. Nec solam hæc referuntur ad Christum, & ad solum Joannem; sed ad Christum, & ad corpus sibi demò cooptan- dum, quam, Christo in se implente, subsequenta membra, quæ salvanda erant, sic omnem iustitiam, virtutis, & ope- ris impleverunt. Sim. Cass. l. 5. c. 3.

Supereminavit Zizania. Matth. 13. 25. Quod tritico in commodum à Zizania venit; hoc ei herbe aliæ complures adferre possunt, ut restantur Cato, Varro, Theophrastus. Scie- demon, ad charitatem ab anima tollendam, tantum valere unum peccatum, quantum omnia simul possunt: ideo solerter agit, ut vel unum cordi penitus infideat; ut sic rem suam, quò dissimulantiùs, ed securus; ac certius agat. Did. Nyss. D. 5. Epiph. §. 3.

Domine, Domine, aperi nobis. Matth. 25. 11. S. Basilus M. miratur, quòd quinque virginis non intraverit ad nuptias; cùm tam prope essent ad fores, ad quas clamabat. Respon- det, parum quidem abuisse ab ostio, & ab introitu; sed illud parum, quòd aberant, tantumdem fuisse, ac si plurimorum dierum itinere abisset. Qui ferè, inquit, ingressus est, non est ingressus, ut quinq; illæ Virgines. Apud Did. Nyss. D. 10. Pent. §. 3.

Dicit omnes gentes; decentes eos, servare omnia, quacunque mandavi vobis. Matth. 28. 19. S. Basilus in prolog. regul. ful. disput. servare omnia; non hæc quidem observare, illa autem negligere; sed omnia observare, quacunque præcepta vobis. Quid prodest alicui ab aliquibus data libertas, si is vel uni modo servavit: qui suis peccatum, servus est peccati. Joan. 8. 34.

Herodes audio eò (Joanne) multa faciebat. Marci 6. 20. Ve- rum, quia non omnia fecit, ideo condemnatus est: unum enim ex præcipuis omitebat; videlicet adulteram domo dimittere. Non nimis dolet diabolus, quòd peccator aliquid bona opera faciat; dummodo ipſus cor aliquo vitio maculet illaqueatum. Contingit, lanium indomitum bovem ad macellum sine vin- ctum ducere; qui eum huc, & illuc, digredi fuit, certum non elapsurum. O infelix peccator! cùm diabolus voluntatis pe- dem sensuali amore, sive proximo odio, devinxerit; aut effra- nata pecunie cupiditate ligat; teque sic certum sibi esse du- cat: nihil penit hæbet, eñi aliquot opera bona facias, & quo- libet curas; dummodo peccato isto firmiter vinctus sis: sic enim te in Infernum deducet, sicut Herodem. Diez conc. in deoill. S. Joan. B.

Incidentes in omnibus mandatis sine querela. Luc. 11. 6. Cur hoc dicitur? an, qui legem implet, cum querela vivit? Immo rara hæc felicitas; & paucis concessa; sanctum esse, & detractorum moribus non peri. Quid iustor quis, eò laudis impiorum moribus laceratur. Ideò sine querela erant; quia in omnibus mandatis incedebant. Nam nonnulli sanctitatem bifarid fecant: non raro, qui abstinent cibis; auro seingurgitan- ti; qui Mundum fugiunt; gloriam sectantur; qui calcant superbiam; calcantur a gula. Hinc populum querimonis; hinc vulgi fales exeerantis claudicantem sanctitatem. Oliva l. 13. Strom. in Luc. hic.

Jejunio bis in Sabbato. Luc. 18. 12. Non curat demon, licet fores omnibus aliis peccatis obstruas, dum uni soli adi- tum permittas. S. Gregor. ecce Pharisæus ad exhibendam abstinentiam, ad impetrandam misericordiam, ad referen- das Deo gratias, oculum habet. Et quid prodest, si tota civitas custodiatur; & unum foramen, per quod hostes in- trant, relinquatur. Per unam superbiam portam omnia illa, de quibus se jaçtabat, effundebantur. Non astringit demò, quòd novem ex dei præceptis observes, dum unum modo violas. Did. Nyss. D. 10. Pent. Pharisæus ille, qui in templum oraturus ascendit; civitatem mentis suæ quanta munitione, vallaverit; audiamus: Jejunio bis in Sabbato Or. Sed videamus, ubi insidiant hosti inimicium foramen reliquit; quia civita- tem cordis sui per elationem aperuit; quam frustra per jejunium, & elemosinam clauserat. In castrum munitis suis cetera, cum locus unus, ex quo hosti pater dicitur, munus non auster. S. Gregor. mor. l. 19. c. 12.

Pro-

Prophetam voci Domini non obediens leo interfecit in via: nec sibi pepercit divina iustitia pro eo, quòd alius obedi- verat, cum in uno deliquit; cùm omnia sunt faciendâ, quæ jubet. Sim. Cass. l. 5. c. 1.

Quocumque averserit vobis, facite. Joan. 2. 7. Prophetam vo- ci Domini non obediens etc. vide Superius hoc §. Ex Ve- terei.

Offendat in uno, saluus est unumque reus. Jacobi 2. 10. Non eatenus; ut quasi pro eorum prævaricatione puniatur in In- fernum; eatenus tamen, ut illa in corruptionis mercede priva- tur, quam pro ceterorum conservatione habiturus erat in cœ- lo. Richard. à S. Victore. l. de Verbo Incarn. c. 14.

Ex Patribus, & aliis.

Ergone ista sana tot membra non valent ad ejus vitam, & illud unum vulnerratum valet ad ejus mortem? S. Aug. l. 1. de Bapt.

Plurimis licet signis, & miraculis, claruisset Moyses; tibi modicè lingua lapsus, expers terræ promissionis extitit. Ma- gnum, & horrendum, mare eiam præcludere non potuit; sed verbum unicum inique ab eo prolatum, velut murus ali- quis, ei obstitit, ne ulterius progredi posset. S. Ephrem. devoti- o linguæ.

§. III.

Præcepta sunt facilia, suavia,

Num. I.

Testimonia ex veteri.

De ligno autem scientia boni, & mali; nè comedas. Gen. 2. 17. Posuerat Deus iustum edicium in ligno: nec velut de re mala parentes primos ab esu ejus voluit abstinere; sed Dominus illa cognoscit, & meritum obedientiæ in re modica fieri; ut aeterna premia sequerentur; quæ contempta tanto fuit majoris demeriti, quanto potuit facilitas custodiri. Sim. Cass. l. 13. Luc. 23. Magna hujus præcepti facilitas est; sed de- licet, grave malum delicta est; & faciteque, ut facilia omnia videantur difficilia: sicut studio, & vigilantia, etiam omnia ardua, & difficilia, facilia nobis fiunt. S. Chryso. t. in Gen. hom. 14.

Cur præcepto vobis Deus, ut non comederitis de omni ligno pa- radisi? Gen. 3. 1. Constat, Deum concessisse Adamo, & Evæ, ut libere vescerentur de omni arbore paradisi, excepta una tantum. Contra vero diabolus dicit, Deum omnem veniſſe. O impudens mendacium! hæc communior quis tentatio, qua homines à virtutis studio detrahet; immò in virtutis, Deique ipſius, odium peccatoris infligit: ninium difficultiorem osten- dere, quam fit, Dei legem, jugumque portatu impossibile. Terentium hic fecit. 3.

Ex caulis animalium universa carnis bina induces Arcam. Gen. 6. 19. Difficile videtur præceptum; ut ut unus homo, & senex, venient tam diversa animalia; tot volucres ex hac, & illa regione; tot ferecia animalia, leones &c. Qui subjungan- da? Radix Hebræa habet: *bina de omnibus ingredientibus ad te.* Facilis iussio; non animalia quarere, sed venientia non prohibere. S. August. de Civ. l. 15. non animalia capta intro- mittebat Noe; sed venientia, & intrantia, permittebat. Ad hoc enim valet, quòd didicimus est, ingrediens tunc: non scilicet hominis actu sed Dei nutu. Lypoman. in Cat. sine fa- tigatione tua intrabunt. Sylveira c. 6. in Luc. 6.

Egrederere deterratum. Gen. 12. 1. Obedientia, & virtus, in facilibus rebus exercita, est quedam præludio ad difficultiora. Abraham Deus multa præcepta leviora, antequam juberet Isaac immolari. Ut egredieretur de domo sua. Ut nepoti suo Loth potiores terræ partes cederet. Gen. 13. 9. Ut pugnaret contra reges Assyriorum. Gen. 14. 15. Ut de illorum præda nihil sibi reservaret. Ib. Ut se, & familiares suos, circumcideret. Gen. 17. 10. Ut filium Isaacem, cum matre ejus Agar ejiceret. Gen. 21. 12. & alia: quæ, licet per se ardua, & cum præcepto jugulandi filium unigenitum comparata, facili- lina videbantur. Tandem eò proceffit, ut ipsum, quem uni- cè diligebat, unigenitum sacrificandum juberet. Gen. 22. 2. Mendocain 1. Reg. 3. Annot. c. l. f. c. 2.

Infans hõ dierum circumcidit in vobis. Gen. 17. 12. Autè octiduum vitæ usum nunciat Deus circumcidi infantem: quia periculum esset pueri de vita, si statim egressus de utero ma- tris circumcideretur. Lyan.

Non arabis in bove, sicut & asino. Deut. 22. 10. Quam Deus creaturas etiam vitæ curat! Quid referat, bovem aino ad ara- tum jungi? Occurrit dubio Philo. quia non pollut paribus viribus, infirmiori consilium; nè cum fortiori contendens suc- cumbat negotio. Si Deus tantopere curat bruta, ut nolit ea labore viribus majore onerari; durasne, & austeras, erga ho- mines erit? Did. Nyss. f. 6. D. 1. Quadr.

Latam mandatum tuum nimis, Pl. 118. 96. Idèd latum, quia R. P. Spanner Poly. Tom. II.

tuum. Dominus dixit? hoc sufficit ad condimentum cineris; ad dulcorandas lacrymas, ad inaurandum faccum. Olivay. 2. Strom. §. Latum mandatum.

Juravi, & statui, custodire iustitiam tuam. Pl. 118. 106. Si me- tueret, non juraret: si trepidaret, utrùm divini posset custo- dire judicia, non eum jurisjurandi flatueret Sacramento. S. Ambros. hic Octon. 14.

Osulatur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Sancta Ecclesia, quor præcepta ejus prædicatione cognovit, quasi tot oris ejus oscu- la accepit. S. Gregor. mor. l. 14. c. 20.

Ex Novo, & Patribus.

Tollite jugum. Matth. 11. 29. Inquit Salvator; non impo- no, non gravo, non cogo, non in vestris cervicibus liigo; sed præparo, & ofero: libertatem habetis, liberi creati fuis- tis. Inest vobis ratio descendendi: sub quo Domino laboratis agnoscitis: forte videtis & præmia. Nec forte ignoratis, quid à vobis exactor improbus exegit; qualia sunt præmia, quæ speratis. Sim. Cass. lib. 7. c. 22. Suave jugum præceptum amo- ris; nihil enim suavius cordibus, quam amare. Leve onus; quoniam juxta naturam conditum est, quòd imponitur: mi- nus enim oneratur nosler imponit, quam portare possumus. Id. ib. Jugum ejus amor est: nihil amore fuavius, quo Deus amat, & proximus. Onus, quòd Christus imponit, peni- tus levissimum est; quando neminem gravat onere suo supra virtutem, & facultatem; supra debitum expediens, & neces- sarium; supra impossibile, supra contentantiam ipsi nature. Id. l. 9. c. 28. Si jugum Christi suave est, & onus ejus leve; quomodo ait Matth. 7. 13. *intrare per angustam portam.* Et: *regnum caelorum vim patitur.* v. 12. R. quod unum, & idem, est angustum, laboriosum, & grave, incipienti, imperfecto, & spirituale consolationem nondum experto; quòd tamen ta- tum, jucundum, & leve, est exercitato, perfecto, & habi- tuato in bonis. Denique mandata, & consilia Christi, eia sua natura dulcia sunt, & levia; licet per comparisonem ad no- stram fragilitatem, & prævitatem ad malum difficulter in prin- cipio impleantur. Dion. Carth. hic.

Jugum meum suave est. Matth. 11. 30. S. August. in Pf. 59. alia farcina pondus habet; Christi farcina penas habet: nam & avi, si penas detrahas, quasi onus tollis; & quò magis onus abutit, eò magis in terra remanebit. Quam exouera- re voluisti, jacet, non volat; quia tulisti onus: redeat, & volat. Talis est farcina Christi: ferant illam, qui volunt; & invenient, quam levis sit, quam rapinis in caelum, & a ter- ra eripiens. Sylveira hic q. 15. Jugum meum leve est; & far- cina mea levis est. Alia farcina premit, & aggravat te: Chri- sti autem farcina sublevarit. Alia farcina pondus habet; Chri- sti farcina penas habet &c. Id. ib.

Omnis vallis implebitur. Luc. 3. 5. Christus colles aquabile vallibus; & obliqua dirigit in rectitudines, & campos: quia omnes legis difficultates, & aequitates convertet. Tertull. l. 5. contra Marcion.

Et descendentis cuiusvis stetit in loco campesetri. Luc. 6. 17. Tur- ba, ob suam imperfectionem, & debilitatem, montem ascen- dere non valet, ipse in planitie ad eam descendit: nec enim à nobis plus exigit, quam quòd facile, & suavitè præstare pos- sumus. Solum vult, turba ejus audiat. Sylveira hic c. 6.

Implete hydras aqua. Joan. 2. 7. Ut vacua fuit, non vult Dominus; ut implerentur, jubet Dominus; ut autem aqua in vinum vertatur, hoc facit Dominus. S. Bernardus q. 19. in parvis. Nihil mandat, quòd quis nequeat præstare. Did. Nyss. Polit. Cœl. l. 8. c. 2.

Impleverunt duodecim cophinos. Joan. 6. 13. Ego autem non panis modò copiam, & multiplicationem admiror; sed quòd tantum; quæ duodecim portule caperent, fragmenta super- fuerunt; quòd previdit, quantum essent consumpturi. S. Chryso. hic. Nihil amplius impereſſe voluit, quam undè cu- jusque Apostoli cophinus expletur: nè quicquam graduo oneraretur. Did. Nyss. f. 6. D. 1. Quadr.

Mandata ejus graviora non sunt. 1. Joan. 5. 3. Hinc erue: si leges Dei videntur rigide, & mandatorum illius jugum grave; mentitur appetitus, qui hoc dicit; fallitur caro, quæ conque- ritur; necit, quid dicat, concupiscentia: ratio enim, testis incorruptus, affirmat, onus ejus leve esse, & mandata ejus graviora non esse. Did. Nyss. D. 4. Adv.

Levia Deus jubet, & in æternum vivamus; & obediite neg- ligimus. S. August. tr. 49. in Joan.

Difficultatem non natura præceptorum, sed multorum so- let fecordia efficiere. S. Chryl. in Pf. 111.

Ala. Len. Oms leve. Vel: Aggravat, & allevat. S. Bernar- dus ep. 72. Lex Christi onus est allevians, aut jugum liberans, similibus pennis avium. Picinelli.

Num. II.

Præcepta Dei iuvant servare.

Germine terra berlam viventem - & lignum perisiorum faciens fructum. Gen. 1. 11. Miris Deus terram pensionibus oneravit; ut hominibus, & brutis omnibus, de habitacione commodaret, quod pia hospes facit. Iussit sua cuique elementa ministrare. Cur tantis oneribus terram gravat? quomodo ea feret? Respondet S. Basilius in hexam. hom. 5. qui iussit; ut hæc terra educeret, is ipse præstitit facultatem. Idque adeo verum est; si etiam Angelos terra ad imperium Dei produceret: nam si hoc juberet, facultatem facienda unâ præberet. Did. Nyf. Sabb. post Cineres §. 2.

Dedit illi ceram præcepta - & legem vite. Eccl. 45. 6. Antiqua Biblia sic habet: *dedit illi cor ad præcepta Eccl. q. d. dedit Moyf legem vite*, & discipline; dedit cor ad præcepta; id est, animum, ac robur, ut servare possit. Id. ib.

Sancta lex vocatur jugum, quod fere portari à duobus animalibus. Si te submittas jugo Domini, non incedes solus; sed Dominus in portando te sublevari. Stella de contemptu Eccl. p. 2. c. 15.

Num. III.

Præcepta Dei faciliora, quam hominum.

Deus pueros circumfisionem præcipit. Gen. 17. 12. Pharaon submersionem. Ex. 1. 16. Quam leviora sustinent parentes, cum Deo obsequuntur; & quam immania, dum Aegyptiis inserviunt. Sub Dei legibus filios circumcidunt ad vitam, sub Pharaonis legibus filios generant ad funera. Naxera in Jos. 3. §. 17.

Præcepta Sacerdotibus qui portant arcam fœderis, dicitur, cum ingressi fueritis partem aquæ Jordanis, stete in ea. Jos. 3. 8. Durum ad speciem præceptum: sed quid Pharaon suis imperat? Ex. 14. 23. *Persequentes Aegypti ingressi sunt post eos*, & omnis equitatus Pharaonis. Durius, & periculosius est, marinis vorticibus se cœca temeritate obicere, quam fluviales undas Deo dante tranare. Naxera in Jos. 3. §. 17.

Num. IV.

Præceptis Dei avaria sunt diaboli.

Quia fecisti hæc rem Eccl. Gen. 22. 16. *Immolaverunt filius suos*, & filius suas avaritiis. Pl. 107. 37. Sola voluntas Abraham quam Deo placuit! demon nullo furari potest filiorum, & filiarum sanguine. Did. Nyf. D. 6. Pent.

Plurima sunt in libro Deut. Levit. Exodi, Num. loca; in quibus Deus, cum populo leges proficit, ut carimonias, pascim ita pronuntiat: *Ego Dominus Deus vestrus*; vel *Ego Dominus*. Causa est, quam S. Chrysof. hom. 6. in Acta tradit: per præcepta solum Deus, diabolusque, monstrantur. Et qualis quis sit, leges eorum loquuntur. Deus enim ut est summe discretus, & mitis; etiam cum imperiosissime mandat; superioris viribus noltris non præcipit. Verum demon, cum sit ferocis suos intolerabilibus oneribus obtruit. Did. Nyf. D. 4. Adv.

Vade, & lavare septies in Jordane. 4. Reg. 5. 10. Quo audito Naaman spernit remedium; & iratus patriam repetit. Cur id; nonne saepe pro deliciis homines in fluminibus abluntur? nam ut quidam ex fervis ejus dixit, *si rem quamdam dixisset tibi Propheta, cesset facere deberas*. Cur sis difficilis ad suave balneum; cum sciamus, Sacerdotes Baal pro illius cultu se proprio sanguine abluisse. 3. Reg. 18. 28. *incidebant se iuxta rivum suum cælis*. Naaman, ex Dei jussione per os Prophete, mandat se abluere in flumine; Sacerdotes Baal demone impulsu se cultris dilacerant. Ita Dei mandato suavi profanitate habenda voluntas humana tenuit; & ad mundanum obsequium, etiam cum dolore, & cruore, facilius currit. Sylveira c. 40. in Luc. 19.

Quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigida tantum Eccl. Mat. 10. 24. De demone Job 40. 18. *Ecce absorbetis fluvium*, & non mirabitur; & habet fluctuam, quod influat Jordanis in os ejus. Christus scypho contentus, demon nec fluvio. Did. Nyf. D. 5. Pent. §. 4.

Num. V.

Præcepta Dei amanti facilia.

Diligite Dominum Deum suum. Deut. 6. 5. Errurus Sap. 6. 12. *concupiscite verbum meum*; diligite illor: quia lex non servatur, nisi ametur. Unde David Pl. 118. 167. *Castrovis anima mea restitonia tua*, & dilexit ea vehementer. Ubily & causalis videtur, ut saepe alias: custodi, quæ dilexi. Mendoza in 1. Reg. 3. 9. Annot. 3. sect. 2.

Beatus vir, qui timeat Dominum; in mandatis ejus vola nimis. Pl. 111. 1. q. d. *quantumcumque Deo placere studeat; magis magisque placere, & servire cupit*. Did. Nyf. f. 2. D. Refurr. §. 4.

Quomodo dilexi legem tuam Domine. Pl. 118. 97. Diligit legem, non timuit: quia per dilectionem, non per timorem mundanum præceptum Domini viros sanctos decet operari. Castiod. hic.

Vineam suam locabit aliis agricolis. Mat. 21. 41. Christus respondet v. 43. *ideo auferetur à vobis regnum Dei*. Quomodo Christus Legem suam modò Regnum vocat, quam antea vineam appellavit? Ei, qui non amat Lex Dei vinea est; in qua multum laborare, & sudare necesse est. Sed amanti Lex eadem Regnum est; in quo quiescat & lætetur. Plalm. 149. 8. ubi de mirabilibus agit, quæ tempore Legis Evangelicæ futura erant, etiam prædixit fore: *ut reges alligarentur in compedibus*, & *nobiles eorum in manibus ferris*. q. d. illos Evangelicis præceptis, tanquam vinculis constringendos. Sed cur vocantur ferrea? Augustinus: si ferrea sunt, quàm diu timent; ament & aurea erunt. Did. Nyf. f. 6. post in fin. §. 6.

Si diligitis me, mandata mea servate. Joan. 14. 15. Si diligitis Regem, custodite Legem: quoniam ideo constituitur Rex, ut regat: nullus autem Rex jussu regit, nisi Leges equitatis edicat. Non igitur satis; Regis personam dilectionis oculo intreri; nisi lex ejus servetur in moribus. Sim. Caff. l. 12. c. 1.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Joan. 14. 23. Nescit serari dilectio, in acione tota est; ubi dilectio nocivitate veritatem; otio caret; acediam, & tadium, procul pellit: servat in memoria, servat in opere, quæ de dilecti pendet arbitrio. Non examinat decretum, non discutit verbum; non patitur tadium in sermone, non contradicit imperio, nec grave judicat: amarum in dulce vertit; qui veraciter diligit, difficile in facile traicit. Sim. Caff. ib. c. 4.

Qui non diligit me, sermonem meum non servat. Joan. 14. 24. Qui non diligit Regem, odio habet & Legem; quam si aliquando servavit, non amore justitiae, non formidine poenæ: non amore Regis, quem non diligit, sed timore; quo sibi caveat, ne prævaricans tormenta patiat. Id. ib.

Facile omnia præcepta veniunt in effectum: quando gratia pretendit auxilium, & charitas tenet affectum. S. Laur. Just. l. de Charit. c. 6.

S. VI.

Amanti præcepta omnia unum sunt.

De fructu ligni, quod est in paradiso, præcepit nobis Deus, ut comederemus Eccl. Gen. 3. 3. Eva serpenti dixit, et iussit, Domine, non comederet de arbore vite; & non tangeret: cum tamen ei præcepisset solum, non comederet. Sed quia non amabat unum solum præceptum. Et contrario David in Psalmo amplius, quam sexcentas leges enumerat, quam populo Israelitico dederat, & unum vocat: *quomodo dilexi legem tuam*. Pl. 118. 97. Bella de amore Dei Medit. 48.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Joan. 14. 23. Cum verò de illo, qui non diligit, loquitur, ait: *qui non diligit me, sermonem meum non servat*. v. 24. Cur hoc? qui diligit, tota lex unum verbum videtur & unum tantum præceptum. Hæc est amoris proprietates: facere omnia suavia. Unde Pl. 98. 7. de Moyse, & Aaron: *custodiebant testimonia tua, & præceptum, quod dedit illis*. Et David de seipso: *quomodo dilexi legem tuam Domine*. Sexcenta tredecim præcepta, secundum Galatinum, unum præceptum appellat. Sancti etiam Prophetæ, quæcumque à Deo eis præcipiebantur, unicum verbum vocabant; ut in principio visum patet: *salsum est verbum Domini* Eccl. Diez conc. 1. die Pent.

Primum quidem sermonem. Act. 17. 18. Græc. Verbum. Non dicit Lucas Evangelium, sed sermonem: nam amanti Deum omnia præcepta, dogmata, ob amoris magnitudinem, videntur pauca, unum, breve. Sylveira hic.

Permulta diligit unum, quamvis multa perficiat; propter unum, & diversâ injuncta reputat unum; Et diverfos præceptores, quæ Dei sunt, præcipientes, & existimat Dominum unum; & omnia reduct in unum; & passiones innumerat unam reputat propter unum: desideria coærcet in unum: præcepta decem, aut duo, reduct in unum. Quia obediendum dicit suum esse officium in unam: quia una est cum uno, ut in æternum fruatur uno. Sim. Caff. l. 4. c. 1.

S. IV.

Præcepta Dei omnibus præfer.

Ex Veteri.

Unum offeretis mand, & alterum ad vesperum. Eccl. Num. 28. 4. Præceptum Deus, ne cui voluntarium sacrificium ante matutinum, & vespertinum sacrificium, liceret offerre: hæc enim sub præcepto offrenda erant. Diez Dom. in ram. 10

In via testimoniorum tuorum delictum sum, sicut in omnibus divitiis. Pl. 11. 8. Id est delectatum sum ambulare in via testimoniorum tuorum; sicut delectatum sum in copia divitiarum. Magnus sane affectus, & rarus apud homines cum è contrario soleant plerique pro teneri lucro contemnere omnia mandata Dei. Bellarminus hic.

Desiderabilia super aurum. Eccl. Pl. 18. 11. Quàm longe remota est hæc veritas à sensu carnalium hominum, quodcumque carnalium est, qui pro parvo lucro, vel exigua delectacione, non contemnunt omnia divina præcepta? Et tamen verissimum est; utiliorum, & jucundiorum, esse legis observationem omnibus thesauris, atque omni voluptate: Bellarminus hic.

Benedicam Dominum in omni tempore. Pl. 33. 2. Plures re pauperes; divites verò, ac avari sunt animo; quos non egestas servat, sed animus condemnat. Non enim, qui omnino eget, beatus; sed qui omnibus orbis thesauris Dei mandatam præfert, ac potius existimat. S. Basilius hic.

Ex Novis.

Tollite jugum meum super vos. Mat. 11. 29. non subitis vos, nec juxta vos; sed *super vos*, suscipite Evangelium: non despiciendo, non aestimando, tanquam legem humanam; sed ut rem divinam, superiorem omnibus vobis. Cajetanus hic.

Et adduxerunt asinum. Mat. 21. 7. Prius Domini præceptum impleverunt, deinde etiã plura alia fecerunt, jumenta pallis suis exornantes &c. Prius ea, quæ sub præcepta facere zenemur, diligenter exequamur; postea verò alia opera bona ex voluntate nostra. Diez Dom. in ram.

Mores mirabat Joannem. Marc. 6. 20. Quid conferebat Herodi, quod multa faciebat audit Joanne; cum de quo ab eo argueretur, non recedebat bona quæ faciebat. Nemo sibi de hominis operibus blanditur, si ad prohibita sponte prolabitur. Sim. Caff. l. 3. c. 3.

Cum transisset Sabbatum. Marc. 16. 1. Pro illo tempore observatio Sabbathi erat ex præcepto; ungere corpus, & devotionis opus; & sanctæ mulieres præceptum præferunt devotioni. Sylveira hic.

Et circumdederunt puer. Luc. 2. 21. Unigenitum Filium suum misit æternus Pater legi subiectum, ut legem commendaret: & honoraret: nos docens, quanti aestimanda sint mandata Dei. Stella hic.

Namque per viam salutavit. Luc. 10. 4. Non salutacionis officium, affectus; sed obstruculum impediende devotionis oblectur: ut quando divina mandatum, paulisper sequerentur humana. Pulchra est salutatio; sed eo pulchrior, quò maturior, excurio divinorum; quæ per mortam sape traxit offensam. S. Ambros. l. 7. hic.

S. V.

Præceptorum Dei utilis observatio.

Num. I.

in genere.

Egrederet. Gen. 12. 1. Hebr. *Vade tibi de terra tua*. Lyan. & Cajet. significatur, quod ad ipsius Abraham utilitatem præcipitur egressus de terra sua. Nihil Deus jubet, quod sibi profit; sed illi, cui jubet: ideo verus est Dominus, qui servo non indiget, & quo servus indiget. Did. Nyf. Vic. Abr. lib. 1. cap. 4.

Pax multa diligentiibus legem tuam. Pl. 118. 165. Qui divini amore flagrant, & pacem cum ipso per observantiam mandatorum possident; licet ab hominibus bello petantur, placidam transigunt vitam. B. Theodoretus hic.

Accipite disciplinam per sermones meos, & *prederit vobis*. Sap. 6. 27.

Et desideretur universis orbis. Luc. 2. 1. Hoc DEUS Pater omnipotens, atque potens, apud quem sunt omnia jura regnorum, ad mysterii Filii sui, quem pro nobis incarnari mandat, & nasci, dignitatem, & futurum præfatum fieri providentia summa permisit. Siquidem hic futurus erat monarcha in assumpta humanitate; unus imperator omnibus; unus non solum mortalibus, sed etiam superioribus substantiis: non ad suam, sed ad subditorum duntaxat utilitatem, scilicet proponens: ut eos cognoscatur perfectissimus, & summus per omnia, & super omnia Dominus; non quod servo, sed quia ipso precitatus indiget servus. Qui non indiget, investigatione, aut descriptione, ministeriorum calculando scire subiectos: quoniam angelorum, & hominum; bonorum, atque malorum, sibi soli est cognitus certus numerus; qui etiam novis multitudinem stellarum, & omnibus eis nominibus vocat. Sic ignorat numerum capillarum, & foliorum arborum, & animalium, atque servarum; & arenam maris ipse dinumerat. Sim. Caff. de gest. I. P. Spanner Poly. Tom. 11.

Mandata ejus gravia non sunt. 1. Joan. 5. 3. Quis igitur cavabit Christi non servare mandata? cum nil prohibeat, nisi quod est ipsi conditæ naturæ contrarium, moribus absonum, animæ corporique nocivum. Quis se continere non poterit à ruina, cum contemendi per existenciam, quam habemus in Christo, sit donata facultas. Quis se proteget excusationis suffragio? non perficere mandata naturæ consecrata, & ipsam, ultra quam sit condita, decorantia? Quomodo impossibile dicitur, quod est de sui natura bonum, quod est utile, quod est pulchrum, quod est aptum, quod gratum omnium Creatori, quod ipsum Servatorem provehit ad superna? in quoad Christum posita, & probata dilectio: quia servans mandata mea, ipse est, qui diligit me: cui tanta vicissitudo dilectionis à tanto Domino redditur. Id. l. 12. c. 1.

Nobis prodest colere Deum; non ipsi Deo. Cum ergo inspirat, & docet, quomodo colendus sit; non solum nulla sua indigentia facit, sed nostra maxima utilitate. S. August. ep. 49.

Deus nihil præcipit, nisi ducat nos ad summum bonum, & nihil prohibet, nisi abducatur nos ad summum malo. S. Bonav. de gradib. virtutum c. 2.

Quisquis Deo satisfecerit, anime necesse est jam consulere. Et rursus: qui anime consuluerit, necesse est, Deo jam satisfecerit quia ineffabilis benignitate divina ipsa utilitas fit Dei sacrificium. S. Eucherius ep. Paren. ad Valerianum cognatum suum.

Num. II.

Præcepta observans Deo amicis charus est.

Ascendens montem Moyses. Exod. 24. 16. Sex diebus nubes, & gratia Domini regitur: ut insuetur mysticè, quia; quicumque mandata Domini operibus justis sequitur, divina utique protectione dignus existit. V. Beda l. 1. de tabernaculo c. 1.

Obediente Domino voci hominis. Jos. 10. 14. Portentum est, quod Deus obediat homini, sicut obedivit Josue in omnibus obedivit Deo. Vis ut Deus te audiat; audi tu Deum, eique obedi. Sic faciet tibi omnia obedire à se creata; tibi que quasi omnipotentiam suam communicabit. Corn. hic.

Faciunt in pace locum ejus. Pl. 75. 3. Ille pacem probatur habere cum Deo, qui adversus mandata ejus contraria voluntate non litigat: qui sequitur iusta dominantis; & ad omne præceptum divinum suum flexit arbitrium. Pax enim vera est, concordiam habere cum moribus, & litigare cum vitis. Calfiodorus hic.

Tuas sumo ego. Pl. 118. 94. S. August. hic: non leviter transendum est, quod ait David: *tuas sum ego*. Quid non est Dei? cum ipse dicat Psal. 23. 1. *Domini est terra, & plenitudo ejus*. Quid est ergo, quod ille modo quodam familiari se Deo commendandum putavit? ut diceret: *tuas sum ego*; nisi intelligi volens, quod malus malo suo fuisse esse voluerit: quod est obedientia primum, & maximum malum. Tuas sum ego, quoniam iustificationes tuas exequutus; non voluntates meas, quibus fui meus. Deus non præcipit nostra, sed nos, vult; ut Paulus 2. Cor. 12. 14. *non spero quæ vestra sunt, sed vos*. Quintus Fabius Max. cum ad cum auri, & argenti, munera per legatos cives ex quadam provincia mississent; ut eum placarent, respondit: Populus Romanus non aurum, sed dominos, ac possessores auris sui vult esse dominio. Sic Deus non nostra, sed nos, & cor, quod dominatur eorum, sibi donari petit. *Præbe Filium cor tuum mihi*. Prov. 23. 26. *in me suis*. Dicit, *quæ tua*. Plalm. 55. 12. hoc est, in meipso, quæ tu Domine vis: cor, & anima. Diez Obedientia mandatorum Dei.

Amici. Cant. 5. 1. illi nuncupantur, qui timoris divini lege contracti, conditoris sui conantur obtemperare mandatis. *Charissimi* verò sunt dicti: qui, spreto sæculo, calcatis carnis illecebris, toto mentis annu, perfectionis itinera gradientes, coelestis sponsi castis fruuntur amplexibus. S. Laur. Just. f. in festo Corp. Chr.

Quid tibi vis faciam? Luc. 14. 41. Certant inter se hoc verbum Christi, quod cœco dixit, & Pauli, quod ipse Christo dixit. Acl. 9. 6. *Domine, quid me vis facere?* sed vincit illud: *quid tibi vis faciam?* & non vincitur, *quid me vis facere*, imò coronatur, & glorificatur. Dic tu, o homo, cum Paulo ex toto corde tuo: *Domine, quid me vis facere?* & audies, *quid tibi vis faciam*. Diez Obed. mandat. Dei.

Non reliquit me scilum. Joan. 8. 29. Causam subiecit Christus: quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper. Si nolimus à Deo deserti, id agamus, quod divinus noster Magister: ut in omnibus Parris æterni voluntatem, & beneplacitum faciamus. Did. Nyf. D. 2. Quad. §. 5.

Quid petitis de indulgentia Domini, quod non impetrate mereamini? qui sic Domini mandata servavistis, qui Evangelicam disciplinam sincero fidei vigore tenuistis. S. Cypr. ep. 16. ad Confess. Romanos.

Præceptorum observatio prædest ecœnomia in temporalibus.

Ex Veteri.

Quidquid ipse vobis dixerit, facite. Gen. 41. 55. q. d. Si ali vultis, mandatis Josephi parete. Hoc nobis Deus Pater præcipit, ut filii monitis obediamus. Hoc & MARIA Joan. 2. 5. At quid JESUS? Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis. Ita. 1. 19. & Levit. 26. 3. Si in præceptis meis &c. Alvarez hic Illust. 179.

Custodite præcepta ejus atque mandata, & quæ ego præcipio tibi; ut bene sit tibi, & filius tuus post te; & permaneat multo tempore super terram, quam Dominus Deus daturus est tibi. Deut. 4. 40.

Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni tempore, & bene sit eis, & filiis eorum, in sempiternum? Deut. 5. 29.

Custodite igitur, & facite, quæ præcipit Dominus Deus vobis: ut vivatis, & bene sit vobis, & prosperentur dies in terra possessionis vestre. Ib. v. 32.

Audi Israël, & observa, ut facias, quæ præcipit tibi Dominus; & bene sit tibi, & multiplicetis amplius &c. Deut. 6. 3. 17. 18. 24. Vide Deut. 10. 13. c. 12. 15. &c.

Collegas spicas post terga meturium. Ruth. 2. 3. illa Moabitibus paupercula; pulchra, sed pudica. An ex libidine quæstum fecit? spicas reliquis lugebat. Pro mercede illam Deus ad Booz conjugium adduxit, ut regum parens fieret. Efcob. 1. 6. par. Chr. I. 12. p. 1. f. 2. Obl. 2.

Surge & vade in Sareptam Sidoniorum, &c. 3. Reg. 17. 9. cum in omni terra esset fames maxima; viduae tamen Deo cura non defuit; atque ad aleandam eam Propheta directus est. Ubique fames erat; & tamen adhuc hæc vidua non egebat. S. Ambros. I. de viduis ante medium.

Natiquæ sunt ei septem filii, & tres filia. Job 1. 2. Omnes simul decem, secundu decem verba legi. Ergo quia eæ; quæ in decem verbis legis sunt scriptæ, omnia adimplevit Job, & ante legem, & extra legem: idcirco & ipsi decem liberi dati sunt. Orig. hic.

Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis. Ita. 1. 19. Audite vocem meam; & eris vobis Deus: ambulante in omni via quam mandavi vobis, ut bene sit vobis. Jer. 7. 23. Audi; quæso, vocem Domini, quam ego loquor ad te. & bene tibi erit. Jerem. 38. 20.

Fili Sion exultate: quia dedit vobis dolorem justitias, & descendere faciet ad vos in vultu matutino. Joel. 2. 23. Quæ consequentia est: dabit dolorem vobis, & redundabunt torcularia vino. Monitos nos vult: justitia melius, quam cultura, seri arbores, messesque comparari. Non enim Cereres, sed Afræa, campis excurbat; quos libra felicius ferrare, quam rastros, potes: Cecum agri tui sanctitas, aut scelus est. Si æquus es; torasti; si perfidus, fulgurasti. Oliva lib. 1. Strom. §. Exultate &c.

Ex Novo.

Quartæ primùm regnum Dei & justitiam ejus &c. Matth. 6. 33. In promissis veritatis nemo dubitet. Sic homo, qui esse debet; & mox addentur ei omnia, propter quem facta sunt omnia. S. Hieron. hic.

Amice, commoda mihi tres panes. Luc. 11. 5. Qua fiducia, hora importuna sub medium noctis, dormienti perstrépit? S. Chrysost. l. 39. hanc fiduciam refert ad illa verba: media nocte. Nam obsecutus fuerat Domino dicenti Matth. 6. 34. nolite solliciti esse in crastinum. Ergo hic homo, in diem vivens, omnem curam futuri diei abjecerat: & quia Deo mandanti obedierat; securus, & cum omni fiducia, Deum adite, etiam tempore importuno. Jure enim à Deo ad vitam expectat necessaria, quia prius virtuti incubit graviter. Pinna Eth. 149. Falsa est fames valida in regione illa. Luc. 15. 14. Qui non aude delinquere ad paupertatis sublevationem, numquam famem patitur. Testor filium seniore, qui patris semper voluntati obsecutus. Efcob. t. 3. l. 14. c. 9. §. 32.

Num. IV.

Præceptorum observatiori promittitur merces.

Abraham Genes. 12. 8. accepit à Deo legem immolandi filium: & dum legem observat, futuras felicitates prophetat. Ad filium dicit: Dominus providet tibi viliissimam. Ad servos: postquam adoraverimus revertemur ad vos. Unde tanta præsumptio bona? quod Isaac non cadet, & secum revertetur sic? S. Ephrem in Joanam: Abraham, cum putaretur mentiri, prophetauit: non tamen mendax erat; quoniam veritatis patrocinium gerebat. Bæza t. 3. l. 14. c. 9. §. 32.

Benedicentur in semine tuo omnes gentes: ad quod obedierat

Num. VII.

Abraham voci meæ. Gen. 26. 4. 5. Congerent in te cœli mœna plena manu; non quò ductus in montem sis, sed quòd voci meæ Abraham sit obsecutus: Deus enim voce sua hostias non anteponit. Oliva. l. 5. Strom. §. Oves meæ, &c.

Si audieritis vocem meam eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens Sancta. Ex. 14. 5. 6. Deut. 28. 1.

Et nunc Israël audi præcepta, & iudicia, quæ ego doceo te, ut faciens ea, vivas, & ingrediens possideas terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Deut. 4. 1. Oleasti, hic: considera, quàm sapienter legibus promissiones adiungit: quoniam optime novit, nos nihil sine mercede velle facere.

Si audieritis vocem Domini Dei tui, ut facias, atque custodias omnia mandata ejus faciet te Dominus Deus tuus excelsorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra &c. Deut. 28. 1.

Jon. 3. 8. 9. in Ninive personabat hoc decretum: convertatur vir à via sua mala quæ fecit, si convertatur, & imbecus Deus, Deus dicit illos perituros; illi autem dicunt sententiam Dei revocandam quò fundamentum, S. Ephrem hic: hæc porrò Ninivite nec opinantes prophetebant; & quidem prophete erant veritatis: nam penitentia prophetas eos fecerat. Bæza ante cit.

Hic est enim lex, & Propheta. Matth. 7. 12. Inseparabiles hi sunt duo comites, lex & Propheta: ubi comite lex viget, ibi prophetia est bona annuntians. S. Basilii in cap. 8. Ita, vis certo persuadere, quæ sint futura: provide sedulo ut, quæ tibi lex præscripsit, opere explas diligenter; & certus operator jucundissimam fructuonem repositorum tibi bonorum. Bæza ante cit.

Num. V.

Præceptorum observatio dat intellectum.

Nè declines ad dextram, vel ad sinistram: ut intelligas curia, quæ agit; Jos. 1. 7. Cajetanus: ecce fructus observacionis legis donum intelligentiæ.

Intellectus bonus omnibus faciendus est. Pl. 110. 10. Intellegit ut illic, qui operatur; & frustra intelligit, qui non agit. Sim. Caff. l. 11. c. 27.

Beati immantati in via, qui ambulat in lege Domini. Pl. 118. 1. addit v. 2. beati, qui serventur testimonia ejus. Nota pulchrum ordinem: prius posuit legis præcepta, postea incrementa doctrine, ut mentem sapientia illustraret; virtus velut dispositio, præcedit. S. Amb. hic: quam pulcher ordo: quam plenus doctrina, & gratia: non prius, qui serventur testimonia ejus; dixit: sed potius, beati immantati in via. Ante enim vita, quam doctrina, querenda est. Naxera in Jos. 2. §. 36.

Etiam est verbum Domini in manu Agai. c. 2. 1. Ad intelligit alta pervenit, qui agere, qui intellexerunt, vel minima, nulla contemunt; & dum sensibus manum adjuvant, sese ultra altitudinem ingenioforum levant. S. Gregor. moral. l. 6. c. 5.

Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina. Joan. 7. 17. S. Chrystost. hom. 48. in Joan hoc est: si quis amator virtutis, meorum verborum vim intelligit. S. August. tr. 29. in Joan. Si non intellexisti, crede: intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere, ut credas; sed crede, ut intelligas, quoniam si non crederis, non permanebis. Il. 7. 9. Sylveira hic.

Num. VI.

Præcepta Dei observans non eget rege, nec lege alia.

Si solus Deus diligere, non essent dissensiones & bella: cum scirent homines unius se Dei filios esse; ideoque divinx necessitudinis sacro, & inviolabili vinculo copulatos. Nullæ ferent insidiæ: cum scirent, cuiusmodi poenas Deus animarum interfectoibus præparet; qui clandestina scelerata, & ipsas etiam cogitationes prævidit. Denique ad regendos homines non opus esset tam multis, & tam variis legibus; cum ad perfectam innocentiam Dei lex una sufficeret: neque carceribus, neque gladiis præsidium, neque terrore penarum; cum præceptorum electissimum salubritas, humanis pectoribus insusa, ultro justitiam opera homines erudiret. Lactant. l. 5. div. instit. de justitia.

Tanta est sublimitas doctrinæ Christi: ut custodia illius in agenda tota humana vita rege non indigeat, iudicem non requirit, forum causarum refugiat; nec ponendis tribunalibus locum præstat. S. Bernardinus tr. de 8. beatis. l. 1.

Num. VII.

Præcepta Dei observantium varia commoda.

Ex Veteri.

Feceruntque Moyse, & Aaron, sicut præceperat Dominus. Exod. 7. 20. Bonitatem Dei Conditoris intelliges; si voluntati ejus obtemperes, si legem ejus sequaris; ipse tibi ementia

Num. VIII.

ta, etiam contra suam naturam, servire compellit. Orig. homil. 5. in Ex.

Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino. Exod. 23. 17. id est, coram Arca, vel tabernaculo Domini. Nota: cum viri omnes civitates suas deserent hic temporibus; nullus tamen eis metus fuit ab hostibus, nè forte dirperet civitates sic desertas, & inermes. Quia promissum Jis erat. Exod. 34. 24. cum valero generis à facie tua, & dilatavero terminos tuos, nullus insidiatorum terræ tuæ ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Marchantius D. 1. Epiph.

Confortare, & esto robustus. Jos. 1. 6. dixit Deus Josue. Ad quid fugo confortandus Dominus? Non ut hostes vincas: hos enim ego sub tuam potestatem redigam: nullus poterit resistere vobis cunctis diebus vite tuæ? v. 5. Cur ergo confortandus sum? ut custodias, & facias, omnem legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus. v. 7. Ad hoc oportet nos confortari, in hoc oportet omnem curam adhibere de cætero quia poterit nobis resistere. Diez. fer. 3. D. 4. Quadr.

Tollite Arcam fœderis, & præcedite populum. Jos. 3. 6. Arcæ sanctitatis videtur hoc ius detrahi: nam Jordanem intrare, erat baptismum subire. Ast ubi obsequentior, ibi honorator: vortices illam curvatis fluctibus adorantur; & proximate veriti ejus confessi fugo sanctitatem. Naxera tr. de B. V. §. 32.

Conspicuerunt Domino via hominis, inimicos quoque ejus converteret ad pacem. Prov. 16. 7. Myristic: si per obedientiam te planè subieceris Deo, ejusque legi, & voluntati; ut ei per omnia placeas; fiet, ut sensus quoque, tui, appetitus, tentationes, subdat se menti, & voluntati tuæ: ut dominatus est eis Adam in paradiso quamdiu obediuit Deo. Imò Deus magnis Sanctis, & amicis suis, subicit fumos inimicos, id est, demones. Luc. 10. 19. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes &c. Cornelius hic.

Ex Novo Patribus, & alii.

Non in solo pane vivit homo. Matth. 4. 4. Auth. Imp. hic: non in usu rerum solo vivit homo perfectè: & si vivit, secundum corpus vivit, non secundum animam. Plenissime autem vivit observacione mandatorum Dei. Sylveira hic.

Pedi Bethaniam &c. Joan. 12. 1. Per hoc significatur, quod ubi est obedientia vel obediens anima, est JESUS ibi, & gratia. Item per hoc, quòd Christus prius venit in Bethaniam, antequam iret in Jerusalem, significatur: quòd via colorum est custodia mandatorum. Matth. 19. 17. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Hugo Card. hic.

Dei præcepta, quia simplicia, & vera sunt; quantum valeant in animis hominum; quotidianæ experientia demonstrant. Da mihi virum, qui sit iracundus, maledicus, effrauentur: paucissimis Dei verbis tui placidum quam ovem, reddam. Da cupidum, da avarum tenacem: jam tibi eam liberalem dabo; & pecuniam suam plenam manibus largientem &c. Lactantius l. 3. div. instit.

Præceptum Domini est revera fons vite; facit declinare à laqueo mortis. Clem. Alex. Strom. l. 2.

Vitæ Theologus aliquando, divinitatibus dignus fieri? mandata servato, per præceptiones ambulato. S. Greg. Naz. or. de recta doctrina sententia.

Gloria Christianorum Dei præceptum est; gloria Christianorum, Apostolorum, & Prophetarum, doctrina. S. Eph. de amore pauperum.

Salvatorem ocularis, est illi obedire, mandata ejus servare, voluntatem ejus exequi. S. Franc. Salec. in Philothea p. 4. cap. 13.

Sicut castrum custodiens fœs custodit; ita mandatum Dei servat servantes fœ. Gemianiani l. 9. simil. c. 46.

§. VI.

Præceptorum Dei violatio est noxia.

Non igitur malediculus eris super terram: cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos. Gen. 4. 11. 12. Videtur oppressio innocentis araturum hebetatum? neque enim fidem observatio, sed præceptorum custodia, ferendis novabilibus est opportuna. Oliva l. 1. Strom. §. Exultate filii Sion.

Si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adherere, non nate scitate &c. Jos. 23. 12. 13. Quæ homo contra legem, ut vite exambit subsidia, esse solent certissima detrimenta. Stupidus est, qui ab igne exigit glaciem, qui à modum, & à virtute putat salutem orti dispendium. Hanc veritatem docet Josue; dum, quæ incommoda ab illicitis conjugibus, ab improborum confortis emergent, populo pandit. Naxera in Jos. 23. §. 26.

Nolite declinare post vana, quæ non proderant vobis. 1. Reg. 12. 21. S. Gregor. l. 2. in 1. Reg. quia in re cautè notandum est; & P. Spanner Poly. Tem. II.

quia eis temporalia bona non proderunt, quò post hæc declinare prohibentur. Post bona temporalia declinare, est in eorum oppositum defluere, amorem illorum divino amori præferre. Merito ergo his vana non proderunt: quia eo ordine, quo condita sunt, habere noluierunt.

Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Pl. 10. 6.

Posuit fluminato desertum terram frustiferam in salubritatem & malitiam inhabitantium in ea. Pl. 106. 33. 34. Miraris, aruisse latices, campoque lapidescere? scito, non selevierim naturam esse; sed tam nostrar nos sceleribus ex matre nocivam convertisse. Oliva l. 1. Strom. §. Exultate &c.

Deum time, & mandata illius observa: hoc est enim omnis homo. Eccl. 12. 13. Ach perspicue dicat: qui non studuerit cavere prohibita, qui neglexerit implere præcepta, quia ratione caret; vocabulum quidem hominis habet, sed hominis esse non habet: quia non veraciter utitur virtute nominis, quo censetur. Ille nimirum veraciter sed credit hominem; qui hominum recognoscit authorem. B. Petrus Dam. l. 1. ep. 17. ad Alexandrum II. Pont. Rom. Qui non timeat Deum, & mandata ejus non custodit; non est homo. Quid ergo est? Bestia est. Salonius Ep. Explicat. in Ecclesiasten.

Derivemus in consensione nostra - quoniam Dominus Deus nostro piscavimus nos, & non audivimus vocem Domini Dei nostri. Jer. 3. 25.

Deum colere dicimus nos, & diabolo obtemperamus. Et post hæc volumus, ut bona à Deo accipiamus cum mala semper malis addamus: fieri voluntatem nostram à Deo cupimus; cum Deo nos facere nolumus: quasi nos superiores Deo esse-mus, agimus. Salvianus de Provid. l. 5.

§. VII.

Exempla præcepta Dei observantium rationalium, & irrationalium creaturarum.

Congregatur aqua. Gen. 1. 9. dictum est, & congregata est; Et frequenter dicitur, congregatur populus, & non congregatur. Non mediocris pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere; & homines non obedire. S. Ambros. l. 3. hex. c. 1.

Ubi est viliima holocausti. Gen. 22. 7. Mandatum acceperat de mactando filio: verum nè uxori quidem de hac re quippiam dixit, neque cum ea rem communicavit; valde utiliter agens: neque enim tutum, neque utile sibi esse putavit, firmam in consilium adhibere. - Nihil tale recensuit ipsi, ut in nullo impedit opus, quòd præ manibus haberat. S. Ephrem in Abrah. & Isaac.

Præceptum posuit &c. Plalm. 148. 6. Præceptum soli posuit. Ecce per tantos annos præceptum Domini nunquam præterit. Luna præceptum posuit, ut per triginta dies crearet atque decreta: nunquid cursus suos aliquando mutat? In caelo præceptum Dei servatur; & in terra non servatur. Mari præceptum posuit, ut littora sua non egrediatur; & præceptum Dei meminuit. Totus Mundus Deo servit; & præceptum ejus meminit; & homo solus non meminit. S. Hieron. hic.

Ignis, grando, nix, glacies - quæ faciunt verbum ejus. Pl. 148. 8. Ergo voluntas Domini ancillantes sibi procellas præstat! & quam glacies, & grandines reverentur, dum nunt; homo spernit, & stat? Porro cum audis, quòd Spiritus procellarum, etiam dum seviunt, parent Deo; noli quamcumque savitiam damnare. Licet furere, & ferocire; licet & fœvere. Oliva l. 4. Strom. §. Ignis grando &c.

Vas castrorum in excelis &c. Eccl. 34. 9. q. d. stella sunt quasi vasa, id est, arma bellica Dei, non deficient in vigiliis suis, v. 11. quia quasi milites, & vigiles Dei, perpetuo excubant ad omnem ejus nutum. Cornelius hic.

Imperavit ventis, & mari. Matth. 8. 26. Juberet mari, & non contemnit: dicit ventis, & tempestatibus; & mox compeccatur: jubet & omni creature; & non supergreditur justitiam ejus. Et unum hominum genus; & unum, quòd secundum similitudinem Dei honoratum est; cui verbum, & prudentia data est; hi soli homines resistunt; & hi tantum inobedientes sunt, hi soli contemunt. Ideoque & hi in Judiciio damnabuntur, & à Justitia punientur, velat deteriores multis animalibus. Origenes hom. 6. in diversos. Imperat ventis, & mari: imperat homini, & inobediens est. 3. Reg. 13. 3. venit vir Dei, & ait altari: ecce altare scindetur; & offerretur ignis, qui est in eo. Obedit altare. Loquitur ad Jeroboam, & non audit. Imperat Deus igni Babylonico; non comburas tres pueros; non combustis. Præcepit leonibus famelicis, nè tangeret Daniele. Dixit Jordani, recede; famuliter mari. Hanc hominis inobedientiam offendit Deus in creatore: ceteras creaturas uno verbo fac, condidit; in creatore hominis, faciamus, quasi viribus, & lacertis, id facturus. Oforsius D. 4. Epiph.

Nè forte fremitus, & cursus aquarum, cum dispendio possessoris humani, alienum occuparet elementum; sine littoribus inclusit. Quòd cum fremens fluctus, & ex alto flui spumans

mans unda venisset; rursum in se rediret, nec terminos condescenderet; servans jura prescripta: ut divinas leges tanto magis homo custodiret, quanto illas etiam elementa servarent. Terrull. l. de Trinit. c. 1.

Non mediocris pudor est, Imperio Dei infensibilia elementa parere; & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est Authore. S. Ambros. l. 3. hexam. c. 1.

Infirmissimo omnium villi fabuli pulvere vis maris in tempestate cohibetur; & velut habentis quibudam caelestis imperii a prescripto sibi sine revocatur, violentique aequoris motus in sese frangitur, atque in reductos sinus suos scinditur. Id. l. 3. hex. c. 2.

Mirum est, quomodo res omnium, quae in terris habentur, infirmior arena jussu Dei violentiam maris frenat? S. Basilius Caes. l. 4. hex.

Omnis res creatae Dei mandato parent: homo autem illi, per quem facta sunt, non obtemperat. S. Nilus Inlit. ad Monachos.

Mare, quod tanto commotionis suae vertice fertur, & elevatur ad nubes, frangit tenues arenae: ut videamus, potestatem non pulveri cedere, sed precepto. S. Chryl. f. 101.

Considera universam hanc caelestium corporum incesstanter legibus obtemperare divinis; nec unquam sibi posita in tam continuis motibus, metas excedere; temporum, aut locorum, terminos transgredi constitutos. S. Bernardus f. in festo S. Martini.

S. VIII.

Præcepta Dei quam parum, & pauci, servant.

Num. I.

Olum serpens mulierem venenum effudit in virum, & ipsum seduxit. Gen. 3.6. Veniens Dominus in Mundum omnia restaurans, ut virum reformaret ad vitam, per mulierem vult trahere. Sed hic nota: quod, ut mulier alliceret virum ad peccatum, absque alicujus mandato ipsa ut comedit, deditque vitro. Gen. 3.6.

At ut Samaritana maritum ad salutem pertrahat, ei mandatur ad Domino: voca virum tuum. Eva dabat pomum ad mortem, Samaritana invitabat ad vitam: nam ad malum nos proni sponte nostra; ad salutem mandata compelli opus habemus. Sylveira in Joan. 4.

Qui percussit Ore. Jos. 15. 16. Quid tunc? capis eam Othoniel. v. 17. Dum puella offertur in praemium, quisque aggressu molitur periculum; licet Ducis urgeret praecipuum; varias excitationes pretenderent; causarentur duram praecipionem. Naxera in Jos. 15. §. 21.

Saul percipit Agag. 1. Reg. 15. 9. Lyranus hic: cupiditate ductus, ipebat de eo habere magnam redemptionem; vel per eum occulti thesauri revelationem. Divinum mandatum ob aurum contempsit. Sylveira in Matth. 2. c. 4. q. 18.

Num. II.

Nisitur in vestium,

O si quis mihi daret potum aquae! 2. Reg. 23. 15. Non constat, David hanc aquam appetisse, nisi Philisthaeo ad eam posito. v. 14. Quo Philisthaeus magis aquam negat, cō David magis cupit. Quod sit David, in fame probat Esau, qui a Jacob pulkes petit. Gen. 25. 30. Cunctatur Jacob, & negat; nisi sibi vendat primogenita. Quō Jacobid negando tenaci, cō frater in expectando importunior: ut mori se credat, nisi fruatur optatis. Velloso in Judith. 7. Paræn. 17.

Auget prohibitio desiderium operis illiciti; quando iustitia non sic diligitur, ut peccandi cupiditas ejus dilectione vincatur. S. August. de Civ. l. 13. §. 5.

Nescio, quomodo hoc ipsum, quod concupiscitur, fit jucundus, dum vetatur. Id. l. de spir. & litera.

Desiderii prohibiti fructus dulciore est: unde etiam, quæcumque peccata occulte fiunt, dulciora sunt; quamvis mortifera illa dulcedo fit. Id. in ep. ad Rom. Exposit. 39.

Num. III.

Præcepta humana præ divinis servantur.

Aperi mihi Soror mea. Cant. 5. 2. Sed illa excusationes opponit: expoliavi me tunicam meam, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Samuel vero 1. Reg. 3. 4. quàm promptè surgit ad vocem, ut putabat, Heli! Ecce ego! vocasti enim me. S. Gregor. in 1. Reg. 4. Puer, qui loquentem Dominum esse Magistram putavit, vocem corpoream audivit. Sponsa verò à Domino cognovit juberi vox dilectissimi pulsantis. Naxera in Jos. 18. §. 30.

Maximus error est iste, cùm sic observentur leges humanæ,

sic civitatum ordinationes, sic antiq. consuetudines; & sic ef. se in divinis legibus negligentes. S. Bonaventura f. 67.

O summa fatuitas, & cœcitas detestanda! quia observantur ad unguem statuta civitatum; servantur leges Imperatorum, ac Regum; servantur decreta Praefulum; servant acri præcepta Medicorum: sed non est, qui legem servet regis regum; Dei Deorum, & Domini Dominorum. Id. f. de S. Luca.

Nullus dominus Mandi est, qui habeat minorem subjectionem in subditis, quam Deus. S. Vinc. Ferr. l. 1. D. 2. post octav. Pasch.

S. IX.

Præcepta Dei servandi varia motiva.

Ex Veteri.

Sume vas unum, & mitte ibi Mannam. Exod. 16. 33. Deus praecipit Moyli, ex Manna impleri Gomor, & custodire in futuram generationes; posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum. Nota: Manna simul cum Legis tabulis aservatum in Ara fuisse: quia manna eximum erat beneficium; quod ad gratitudinem obligat, ad est ergo juxta manna Lex; et eam observent Hebraei tantum beneficii obstricti memoria. Cassillo Illat. 90.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te Ore. Ex. 20. 2. ait Deus initio Legis dandae Hebraeis. Et subdit. v. 3. non habebis deos alienos. Memoriam beneficiorum ponit in motum Legis servandæ. Diez Conc. 1. in festo S. Joan. Evang.

Non facies vili sculpile Ore. Ex. 20. 4. Deus hic præcepta dat omnibus hominibus: cur ergo non ait, non facies &c. Itā Deus amat unum, suam legem observantem, ut omnes eam custodientes. Unde ibidem ait v. 20. ego sum Dominus Deus tuus. Non ait, vester sed tuus. Itā gloriatur esse Deus unius, ac si esset omnium, Sylveira c. 13. in Luc. 14. q. 7.

Ex Novo.

Tollite 7, gum meum super vos. Matth. 11. 29. Non dicit: venite, imponam jugum meum super vos; sed vos tollite. Cajet. hic tollite, id est. Evangelicam Legem meam voluntariè suscipite. Neque enim invenitur requies, tamquam corona, ubi in tollendo jugo non esset meritum; nec meritum esse poterat, si non liberis, sed coactis imponeretur. Ramirez in ep. 7. Apoc. 3. v. 20.

Dirigite vitam Domini. Joan. 1. 23. Via Domini ad cor dirigite, cum ad præceptum vite reparatur. V. Beda hic.

Qui habet mandata mea, & servat ea. Joan. 14. 21. Quia magni momenti est, mandatorum observatio; iterum, iterumque illam commendat Dominus extremo vite tempore. Barradius t. 4. l. 4. c. 5. hic Dom. Pent.

Ex Patribus, & aliis.

Quisquis ad observationem mandatorum Dei, virtutumque studio, te revocat; isti tibi fieri execrabilis, ac detestandus: cum ejusmodi enim ne cibus quidem est capiendus. S. Nilus lib. ascet. inlit. ad Monachos.

Magificatur Deus in nobis apud incredulos, & infideles; si secundum præcepta Dei vivamus, si bonis operibus lucentes. S. Chromatius conc. in 5. Matth.

Quid est credulitas, aut fides? Opinor hominem fideliter Christo credere, id est, Fidelem Deo esse; hoc est fideliter Dei mandata servare. Salvianus de Prov. l. 3.

Non est melior sempiternæ mortis cautela, quam superne Legis sequela. S. Bonav. in Pf. 118.

Quid voluntate liberius? quid ligatione charitatis strictius? Deus enim, qui libera voluntate plasmavit hominem sibi libera voluntate conformem, didicit legem charitatis ad ligationem liberæ voluntatis: ne fortasse libertas voluntatem gravaret, si eam charitas non juvaret. Id. in illud Psal. 118. 92. nisi quod lex tua &c.

Nihil ita obligat hominem ad reddendam possibilem vicem, & ad ejus servanda mandata; quam quod seipsum Deus hominibus tradidit humanitatem. Sim. Caff. l. 2. c. 21.

TITULUS XXVIII.

PRÆDESTINATIO.

S. I.

Prædestinatorum paucitas.

Numera stellas si potes, - sic eris semen tuum. Gen. 15. 5.

Et Gen. 13. 16. faciamque semen tuum sicut pulverem terræ. An stelle terræ pulveres exarabunt? minime. In tota Abraham progenie, seu Christi prosapia, tota Christicolarum multitudo representatur; quorum quidam stellæ; quidam pulveris, seu Arenæ, grana. Stella, id est, prædestinati, numerabiles sunt. Deus enim Psal. 146. 4. numerat.

vati multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. At reproborum innumera caterva. Hinc Rupertus l. 5. in Gen. 10. Bene pulveri terræ comparati sumus; quem dinumerare nobis quidem impossibile; Deo autem judicator superfluum; apud quem soli electi noti sunt. Ecolob. tom. 1. Mir. Chr. l. 4. sect. 1. Obf. 6.

Va mihi! quia factus sum, sicut qui colligit in Autumno racemos vindemia. Michaz 7. 1. id est, post vindemiam. q. d. ego Michaz sui quasi pauper recemator. Hic enim post vindemiam sperat, se faltem aliquos racemos, qui vindemiantes fugerunt, in vinea inventurum. Sed non est verus, id est, non unum, & vix unum, qui se converteret, invenio. Quocirca gemo, & ploro: heu mihi! oleum, operanque perdidisti. Cornelius hic.

Multi sunt vocati, pauci vero electi. Matth. 20. 16. Cur electi dicuntur pauci? cum Joannes Apoc. 7. 9. dicat: vidi turbam magnam, quam dinumerare videri poterat, &c. Cardinal. pauci electi sunt comparatæ ad reprobos; vel etiam ad Christi voluntatem; qua vult omnes salvos fieri. Sic intellige illud Apoc. 12. 9. Projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui sedebat super orbem. S. Thom. quod dicitur, quod universum orbem sedebat, intelligitur quantum ad reprobos, qui sunt major pars orbis. Sylveira hic c. 34. q. 18.

Nunquid ego sum Domine? Matth. 26. 22. Cùm Discipuli audiunt: unus vestrum me traditurus est, contristantur. Quia, ut ait S. Chryl. hom. 71. in Joan. quod ad unum perditio referrebat, hoc formidinem miltuebat; sed quod addiderat, unus ex vobis, simul omnes perturbat. Dicit Christus Matth. 7. 13. multi sunt, qui intrant per introitum. Et quam pauci cum timore quærant: nunquid ego sum Domine? S. Chryl. f. r. de fer. 5. Pass. d. beati Apostoli! facilius vestra innocencia contristata, quam poenalis Judæ audecia; quæ non est confusa. Sic plerumque probi magis timent perditionem, quam seclerati. Sylveira hic.

U. quia dereliquisti me! Matth. 27. 46. Origenes putat, quæri Christum de paucitate salvandorum, & multitudine damnandorum; qui fructu Passionis, & mortis ejus exclusi sunt. Sylveira hic c. 18.

Regnabit in domo Jacob. Luc. 1. 22. id est, in familia Jacob, quæ est congregatio electorum; in quibus regnat hic per gratiam, in futuro per gloriam. Per hoc, quod dicitur, in demo, notatur paucitas. Multi vocati. Hugo Card. hic.

Atinè credidit Ore. Luc. 8. 5. 6. 7. Igitur tres partes eorum sunt, qui percuti, una autem eorum, qui salvantur. Theophylactus hic.

Eti quia prior descendisti in piscinam, &c. Joan. 5. 4. Ex agrorum multitudine unus sanabatur: ut exprimeret prædestinatorum paucitas, reproborum multitudo. Ecolob. tom. 1. Mir. Chr. l. 5. sect. 1. Obf. 6.

Habes partes nomina in Sardis, qua non inquinaverunt vestimenta sua. Apoc. 3. 4.

Quot esse putatis in civitate nostra, qui salvi fiant? Infestam quidem est, quod dicitur sum; dicam tamen: non possunt in toto millibus certum inveniri, qui salventur. Quin & de his dubito. Quanta enim in juvenibus, quælo, malitia! quanto in senibus torpor! illi curam gerit nemo, nemo zelum habet, ut senem respiciens imitetur. Exemplaria deleta sunt: propterea neque juvenes evadunt laudabiles. S. Chryl. hom. 40. ad pop. Antioch.

S. II.

Unicuique propria voluntas est causa suæ damnationis, vel salvationis.

Ex Veteri.

Impii in tenebris concitescunt. 1. Reg. 2. 9. Quia non habebunt quidquam excusationis, quod culpæ suæ, & gehennæ, obtempant: quia convicerunt, & convicti stiebunt. Hinc gehenna vocatur Hebr. duma; id est, silentium, & loco silentii. Cornelius hic.

Apud te est fons vite. Pl. 35. 10. DEI domus ubertas, & divinarum torrentium voluptatum ideo nos implet, quoniam apud Dominum est fons vite. Si quis alio divertat vite fontem non invenit, sed famem, & ariditatem. S. August. tr. 25. in Joan. quoniam apud te est fons vite, & non apud nos; ideò intrare debemus, ut vivamus. Bæzae, 3. l. 14. c. 10. §. 10.

Laturus cor quærentium Dominum. Psal. 104. 3. Gaudium est de te presenti, quam jam habemus, cur jubet latari, qui quærent; Lyranus: quærens aliquid, habet materiam latitudo, quando est certus de inventione; quærentes autem Dominum fideliter inventum cum ineffabili, secundum illud. Matth. 7. 8. omnia, qui quærit, invenit. Ideo in Psalmo subditur: quærite Dominum, & confirmamini, v. 4. id est, certis fide de inventione. Mate qui incusat, quod infidum tanta absorbeat; imò Deum ipsum, qui id creavit. S. Ambros. lib. de Elia & jejun. c. 19. elementum innocens nihil delinquit; te. R. P. Spanner Poly. Tom. II.

merita humana ipsa est sibi discrimini. Denique, qui non navigat, nescit timere periculum. Dominus dixit: dominandi non possibus maris. Gen. 1. 29. non dixit, navigate in fluctibus. Piscibus dedit, non hominibus; perambulare semitas maris: ad escam tibi datum est, non ad periculum. Did. Nyfl. Dom. Sæxag. §. 4.

Nolite zelare mortem in errore vite vestre. Sap. 1. 22. q. d. nolite zelare, id est, vehementer appetere, & studiosè affectare, & accerere vobis perditionem, per opera linguarum; & manuum vestrarum. Neque acquiratis, ib. Græc. attrahatis, perditionem in operibus manuum vestrarum. Tò attrahatis notat, Deum elongasse à nobis mortem, & perditionem; eamque quasi in orbem religasse: sed impios magna vicem inde, solitis ejus vinculis, sibi attrahere: imò majori vi, quam sancti sibi à cælo quasi attrahant felicitatem, & gloriam caelestium: quæ ingens est imperium amantia, & furor. Cornelius hic.

Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Of. 13. 9.

Ex Novo.

Edificavit domum suam supra petram Ore. Matth. 7. 24. sapiens, stultus super aream. Isdem fluminibus, pluviis, ventis, utraque concutebatur. Domus sapientis stetit; stulti collapsa est. Quis causa lapsus; non venti, non flumina, non pluvie; alioquin etiam domus sapientis corruisset. Causa igitur fuit arena, in qua domum suam stultus edificator male fundavit: non cecidisset, si firmum fundamentum posuisset. Stengelius t. 4. Judic. div. c. 56.

Angusta porta. Matth. 7. 14. Paradisi voluntas Dei est: ad istam oportet se adstringere, qui paradisi vult intrare. Laxa porta est voluntas propria. S. Vinc. Ferr. 6. Dom. Sept.

Viri Ninivita surgent in Judicio cum generatione ista. Matth. 12. 42. Frequens est Dei gratia; rarus per humanum voluntatem usus gratiæ. Ergo Ninive ex rea sit repente arbitra, judexque Palestine; & suis lacrymis obruit Jerusolymam. Nobis imputanda est duritia nostra; qui, si occasione niteremur, felicitatis nostræ essentis proculdubio non agra in limo, sed poluites in carnelo. Quam inter se deficientium Herodes, & Magi! & tamen unus occasione Salvatoris exiit omnes sunt; sed affectu dispari: Non est, unde cœlum ad lartes, nam ubique tui dissimiles animas inventes, in causa, vitæque genere, planè confimili &c. Oliva ful. Evang. Quad. ser. 4. Jon. 1.

Nolite venire. Matth. 22. 3. Quod præter regis, & servorum, expectationem suit: Non ab bellum, non ad crucem; sed ad nuptias vocantur. Et tamen noluerunt venire. Sylveira hic.

Omnia parata. Matth. 22. 4. In Ecclesia est prandium, in cœlo caena, ubi nihil occidit, sed omnia æterna vite vivunt. Nihil est, quod præteritum non sit, acque paratum, pro communi salute mortalium. Nostrum est, quod spirituali fame perimus: non accedentes, repetitis vocibus cū vocamur. Sim. Caff. l. 6. c. 24.

Duo erant in agro, unus assumitur, & unus relinquitur. Matth. 24. 40. Duo erant in agro, isdem parcentibus nati, Cain, & Abel; unus assumptus, alter relictus; quia dispersa utriusque fuere fundamenta. Jacob dilexit, & Esau autem odio habuit. Rom. 9. 13. Unus assumptus, alter relictus: quia diversum fundamentum. Esau in fundamentum posuit aream propriam, & sensum carnis; Jacob supra Petram domum posuit; fiducia in Deum innixus. Corruit domus, non stetit, Saulis; non corruit domus, sed stetit regnum David. Uterque rex, & quidem ejusdem populi: ille proprie voluntati innixus; David cor suum secundum cor Dei direxit; Non in eodem agro tantum, sed etiam in eodem templo, fuerunt Phariæus, & Publicanus. Luc. 18. 10. Unus assumptus, alter relictus, omnia illius jejunita, decima, elemosynæ, perierunt in superbie scopulis alitæ. Cœcidit Petrus, cœcidit Judas, uterque Apostolus, Petrus in Petra edificavit, Judas in crumena. Laronum unus eodem die cum Christo fuit in paradiso, alter in Inferno: quia unus lucem gratiæ divine acceptavit, alter repudiavit. Stengelius antè citatus.

Venite benedicti Patris mei. Matth. 25. 34. E contra, quibus dicitur, maledicti, non dicitur, maledicti Patris mei: nam benedictionis quidem ministrator est Pater; maledictionis autem sibi quisque est author, qui maledictione digna operatur? Origenes tr. 34. in 25. Matth. Propterea Deus gehennam minatus est; non ut eam infligeret, sed ne infligeret. Et illam quidem paravit diabolo: ne, enim inquit, in ignem, qui paratus est diabolo. Matth. 25. 41. Regnum autem hominibus; ostendens, se nolle hominem trudere in gehennam. S. Chryl. in Pf. 144. Idem? non mitteretur.

Va homini illi. Matth. 26. 24. O faxeum Juda cor! d. proditionis mens adamante, silice, & ferro, impenetrabilior! quam emolite nequiverunt sermones sapientie, æternam vè; & maledictionis irevocabilis sententia. Sed avertit homicida hic, & gemit.

Et omnium sceleratissimus, faciem suam; nè coelum, cœlo- rumque videret Dominum. Lautent. Just. de triumph. &c. c. 5. Seris ferreis interioris domus oblituit januas, vectibus- que innavit; quatenus ab salutem ejus cunctorum salus ad- tum non haberet. Id. ib.

Ecc. ancilla Domini, fiat mihi &c. Luc. 1. 38. Noluit Deus carnem sumere ex B. Virgine, sine ejus consenti; sicut Eva formata est ex costa Adami. Gen. 2. 21. ipso dormiente. Ut significetur: quod aliter se Deus habet in creatione, aliter in re- staurazione, ac glorie nostræ: nam in creatione utitur pot- entia sua independentem à nostra voluntate; at in salute nos- tra non vult ita effici, nisi cooperantibus nobis, & consen- tientibus. Sylveira hic.

Viserunt oculi mei salutare tuum; quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad revelationem gentium. Luc. 2. 30. Lumen illuminans positum ante conspectum hominum: ut, si non recte ambulatur; non adscribitur Lumen; sed errare volenti; & oculos claudenti ad splendorem ejus. Sim. Caff. hic. *Ipsi sibi erant graves teoebis.* Sap. 17. 20.

Et annu seminat, aliud cesidit sicut viam. Luc. 8. 5. Sibi so- li homo ascribit suam perditionem. Theophylactus: *aliud cesidit.* Non dixit, quod projecit. Did. Nyff. Dom. lexag. §. 4.

Aliud cesidit inter spinas. ib. Cur bonus Sator tres partes facit; ubi seiebat, non esse fructum allaturæ? Respondeo cum communi PP. Augustino, Ambrosio: ut manifestetur summa DEI bonitas; quæ, quantum ex se est, omnium salu- tem vult; etiam eorum, qui mandata non sunt servaturi: ut nulla sit excusatio ex parte hominis, qui dicat, se non credidisse, quia ei non est prædicatum Evangelium. Sylveira hic §. 2.

Parata sunt omnia. Luc. 14. 17. Omnia saluti nostræ, at- que refectioni animæ necessaria, in regno Ecclesiæ sunt pa- rata. De quo Paulus 1. Cor. 1. 4. 5. *gratias ago Deo meo quod in omnibus divites facti estis in vobis nihil vobis desit.* v. 7. sed parans omnia divina bonitas ad illa invenit homines imparatos. Sed nescio, quæ major perveritas, quam ad præparationes divinas reddere imparatum. Hinc invitati se excusare cœ- perunt; plus intendens præparationibus, & directionibus propriis, quam divinis. Deroganda, & nihil pensanda sunt omnia; ubi adest præparatio æternorum, & divinorum ma- gnalium. Sim. Caff. 16. c. 19.

Nonquam desisti mihi hædum. Luc. 15. 29. Queritur senior filius eo ipso tempore, quo municum convivium, & vitu- lus saginatus apponitur. Cur ex illo nihil accepit? anid ef- fecit parcitas patris? Abit! causa fuit ipse filius; qui non introivit, & fortis manere voluit. Divina menta largitas in promptu est: tu illa te privas, quia non vis intrare, quia non accedis. Bæza 3. l. 14. c. 10. §. 10.

Non nisi Deus Filium suum, ut dicitur. Joan. 3. 17. Pius, benignus, & misericors Deus est; qui vult homines salvos fieri: sed peccatoris increduli eum ad judicandum trahunt. Iniquitas tribunal judiciale constituit; Salvare vellet, non ju- dicare. Sim. Caff. 11. c. 6.

Non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Joan. 5. 40. Nulla excusatio his est, qui tantum de pertinacia voluntatis propria arguuntur. Excusat sepe homine in toto, vel in parte, invincibilis ignorantia; excusat in terra fragilitas; cum verò sola voluntate dissentiente agitur, nulla excusatio suf- fragatur. Id. ib. c. 9.

Gratia ejus in me vana non fuit. 1. Cor. 15. 10. Multos habe- ret Ecclesia Paulus, si à multis plenitudo gratiæ non projec- retur. Verum, quod copiosus in nos influit divina liberalitas; è sterilitate cordis nostri senticosus ager. Oliva 1. 9. Strom. §. gratia ejus &c.

Hæbo adversum te: quod charitatem tuam primo reliquisti. Ap. 2. 4. Blasius Viegas: notandum est verbum illud reliquisti: nec enim dictum est, *relinquere* à charitate; sed tu charitatem reliquisti: quia videlicet nos sumus, qui Deum primi relin- quimus. Did. Nyff. Dom. lexag. §. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Unicuique propria voluntas est causa suæ damnationis, vel salvationis. S. August. Man. c. 25.

Nihil aliud Deus a nobis requirit, præter voluntatem bo- nam. Nè dixeris, quomodo nea debeantur peccata? ego as- sero tibi: quod volendo, & credendo. S. Cyrill. Jerof. præfat. in Catech.

Multimoda sanè reliqua est ratio consequendæ vitæ æternæ, propter illius Passivem: Benignus enim cum sit Dominus, non unam, neque alteram tantum, sed multas æternæ vitæ junctas aperuit; ut omnes, quantum in ipso est, absque impe- dimentis illa potiri possunt. Id. Catech. 18.

Quæ post hæc nobis erit excusatio? si, cum tot adjuvant gloriam nostram, in rebus inutilibus nos occupamus, sola negligetia nostram omittentes salutem? S. Chrysof. hom. 23. in Gen.

Unde alii quidem vasa iræ? alii autem misericordæ? à pro- pria voluntate. Id. hom. 16. in ep. ad Rom.

Dominus, qui potest, quæcumque vult; nullum alium salvare vult, nisi eum vult salvari ab eo. Eusebius Emif. in Nat. S. Steph.

Quam pauci post te, o Domine Jesu, ire volunt, cum ta- men ad te pervenire nemo sit, qui nolit. S. Bern. f. 31. in Cant. Apud Bæzam 1. l. 4. c. 3. §. 17.

Qui per suam liberam voluntatem, non necessitate, omnia condidit, ita per nostram liberam voluntatem, non necessita- tem, bonos gratia, beatos in gloria petiit. S. Augustinus, & voluntatis, est dare: nostræ verò est recipere voluntatis. Sim. Caff. 1. l. c. 24.

TITULUS XXIX.

PRÆLATI.

Num. I.

Figure, Symbola.

Ecc. constituit Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. Factus in Deum regi Pharaoni: hæc est potentia sanctitatis. Et tu, si vis peccatoribus tanquam Deus terrori esse, regibus reverentiæ; ut tanquam Deo videantur esse subiecti; contemne, quæ saculi sunt; & Dominicæ Passionis opprobrium contende omnibus præferre divitiis. Oliva 1. 3. conc. 31.

Si oculus tuus fuerit simplex &c. Matth. 6. 22. Extingo oculo, & pedes, & manus, & totum corpus, inutile redditur. Quorsum hæc? nempe quia Magister quoque Ecclesiæ oculus est. S. Hieronimus Pelus. l. 2. ep. 112. Alia ratione titulus oculi Prælati competit. In corpore omnia membra, præter ocu- lum, sensum, & cum mora formentur: lingua sub in- fantia initio balbutit, manus longum tempore non pingit, pedes moveri nesciunt, dentes lentè crescent: oculi soli in teneris annis aqæ peripetices sunt, ac in adulta ætate. Sic Prælati, non debet decursu temporis melior formari; sed primis diebus, quibus ad illum honorem ascendit, esse idoneus, & sanctus. Oliva tom. 2. conc. 2. in festo Im. Conc.

Num. II.

Prælati qualis ergo sui esse debent.

Recordatus autem Deus Noe, consiliorumque animalium - quæ erant duo in Arca. Gen. 8. 1. Sint Antecessores similes Arce Noe, pereuntibus in naufragio gratia; & violentie. Illa, sicut fe obicit procellis, venis, balenarum collisionibus, fluctibus, inhiribus; ita, quotquot sinu suo recipit, & pro- textit, & iuculones servavit; ex tam immenso diluvio nè una quidem gutta infunderet in vestes hominum, aut pelles peco- rum. Et quæ tæbarum monerentes, & elepantes, eadem defendit cuniculos lana destitutos, & passerulos; Defendite eos; qui ad vos confugiunt; audite, qui implorant; custodi- te ad inimicorum jaculis licet oporteat, ad veritatis defensionem; Aquilo cum furoribus, persecutiones ferre. Oliva 1. 3. conc. 11. in festo S. Andree.

An non vides, quanta comedat, & bibat, quotidie? Dan. 14. 5. Ergo idem maxime colitur Bel, quod plurimum necat? minoris fieret, si vilis esuriret. Nollem in Ecclesiæ ideo pri- mates magnos nominari, quod in curram, villarum, & men- sarum, sumptuosissimum Christi effundant. Id. 1. 11. Strom. §. Annon vides &c.

Fallus est Ephraim quasi columba seducta. Os. 7. 11. Cur illa tribus sædis erroribus inquinata non comparantur serpen- tibus, basiliscis? S. Hieron. hic: aves cæteræ pullos suos, etiam cum periculo vitæ suæ, protegere solent: Sola columba ablatus pullos non dolet, non requirit. Et ideo huic rectè comparatur Ephraim; quod vastatum per partes populum non seniat; sed negligens sit salutis. Id. 1. 2. conc. 2. de Pass. Dom.

Exulta satis filia Sion &c. Zach. 9. 9. Exultat meritis Sion in regis adventu. Cur? quia rex ejus illi venit, non sibi, hoc est, non ut se diet, sed ut illum soleat, eam convenit. Jus- tus quidem; sed Salvator, non expilator. Et unde sciam, quod mihi, non sibi, adveniat? quia equitare nullo super asinum. Ubi luxu, & pompa, non studet, ibi Prælatorum & Professorum, pacificus est ingressus: ibi iustitia ad salutem est, non ad excidium. Oliva 1. 10. Strom. §. Exultata &c. Ingressumur aliqui in navigium Petri, ut piscetur, non animæ, sed margaritas. Oliva 1. 2. in festo S. Andree.

TITULUS XXX.

PRÆSENTIA DEI.

S. I.

Præbatur.

Quid ibo à spiritu tuo? & quid à facie tua fugiam? Psalm. 138. 7.

Patet! *patet in celum, & coram te.* Luc. 17. 18. Quo- modò coram patre, si in regione longinqua? Sancti Chrysol. ferm. 2. peregrè profectus est ille, & in regione longi- quam fugit; sed accusatores suos, sed testes suos, divini Pa- tris oculos, non effugit. In regione longinqua peregrin- atus est filius adolescens: tanquam si crederet, oculos posse devitari patrem nos, & agere enormiter non argutus. Sim. Caff. 1. 6. c. 16.

Quid hoc audio de te? Luc. 16. 2. Nemo malè agens di- cat, quis me videt? rarò inter homines actio mala tegitur, quia in publicum veniat; apud Deum autem nunquam. Id. ib. c. 13.

Sic gressus meos, semitasque meas, consideras; & diu, no- ctuque, super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans speculator perpetuus: velut si totius creatu- ræ tuæ, cœli, & terræ, obitus, tantum me solum confide- res, & nihil sit tibi curæ de aliis. S. Augustinus. Soliloq. c. 14. 1.

Multum laboravi, quærens te extra te; & tu habitas in me: si tamen ego desiderem te. Id. ib. c. 31.

Cùm aberraretis quidam ab uno Deo, diversimodè multi sentiebant. Ac alii quidem solem ponebant; ut, occidente sole, noctis tempore sine Deo essent. Alii verò lunam, utin die Deum non haberent. S. Cyrill. Jerof. Catech. 4.

Lothardo, Lothardo Vvalthero ducè, docere ausi sunt: ea se fecera, quæ sub terra sunt, fugere divinos oculos, aut certè ultionem; hæc exercebant impudicitias suas sub terra. Puella flammis addicta, Gsila nomine, cùm inter ipsas ignes ex ea quæreretur, virgine efferè respondit, super terram virgo sum, non sub terra. S. Gregorius div. Judic. in Procemio.

Nihil Deo clausum est: interest animis nostris; & cogitatio- nis mediis intervenit. Seneca ep. 84.

Non sunt ad coelum elevanda manus; nec exorandum adi- tus, ut nos ad aures simulacri, quasi magis exandri possi- mus, admittat; Prope est te Deus, tecum est, intus est. Ita dico Lucillius: Sacet intrà nos spiritus sedet, malorum, bono- rumque nostrorum; observator, & cultos. Bonus vir sine Deo nemo est; in inuquoque nostrorum (quis Deus? incer- tum est) habitat Deus. Id. ep. 41.

Sic certè vivendum, tanquam in conspectu vivamus: sic cogitandum, tanquam aliqui in pectus intimum inspicere possit & poterit. Quid enim prodest, ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clausum est. Id. ep. 10.

S. II.

Præsentia Dei necessaria, utilis, jucunda.

Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te, Gen. 30. 27. *Benedixitque Dominus domui Egyptii propter Joseph.* Gen. 39. 5. *Benedixit Dominus Obediædon, & omnem domum ejus.* 2. Reg. 6. 11. Si Jolephi, Jacobi, & arcæ fa- deris, præsentia Benedictionem divinam, sub qua omnium bonorum affluentia signatur, etiam in domos Ethnicorum in- tulit: que bonorum cumulum divina præsentia in populum Fidelem non inducit? Mendoza in 1. Reg. 3. 21. Annot. 7. sect. 2.

Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est. Deut. 20. 1.

Aperite portas: quoniam nobiscum est Deus. Judith. 13. 13. Non illa fic de Holoferne triumphare potuisset, & totum exerci- tum ejus convertere in stuporem; nisi Deus cum illa fuisset. Sed nec Ecclesia, & singularis anima, de adversariis posse habere victoriam; nisi quia nobiscum est Christus. Sim. Caff. 1. 14. Matth. 28. 20.

Reverere! Similis esto &c. Cant. 2. 27. & mox c. 3. 1. incipit: in lectulo meo per noctes quæso. Quis eam à montibus ad lectu- lum retraxit? Gilbert. fer. 1. in Cant. de montibus illis ad convallum lacrymarum, ad lectum doloris, relapsa. Quid nisi sic recidat ipsa, ut sic recedat dilectus suus? Ideo recedente illo ipso, illa recedit ad lectulum doloris, & infirmitatis. Bæza 2. l. 1. c. 6. §. 1.

In lectulo meo per noctes quæso, quem diligit anima mea. Cant. 3. 1. Gilbert. l. 1. noctes ejus frequenter interpellantur absentia sponsi. Cùm adest, lux est; cùm abest, nox est. Idem mul- ta sunt noctes sponsi, quia multi sunt elapsus sponsi. Beata plane! quæ adhæret sponso tota die.

Palabra es amica mea - sicut Jerusalem. Cant. 6. 3. In careris Juda morabatur. 1. Reg. 3. 5. Quia urbis regis pulchritudo

ex præsentia regis derivatur; ita spirituale Ecclesiæ decus ex præsentia Dei illi benevolè faventis. Pone in oppidulo aulam regiam, mox in emporium excrecet: tolle eandem ab emporio, mox deficit in oppidum. Mendoza antè citatus.

Primus. Matth. 8. 25. Quod dicitur *primus*, non est fidei: illo enim simul navigante non erat formidandum. Theophyl- actus hic.

Compulsi Jesu discipulos ascendere in naviculam. Matth. 14. 22. Ut significaret, quàm indivulsi essent discipuli à Domino, dixit, *compulsi*: semper enim ei adesse volebant. Id. hic.

Dominus, si tu es, &c. ib. Ferventissima Petri erga Christum charitas erat: desiderabat enim statim petri illum esse; & præ aliis. Id. hic.

Medica fides, quare dubitasti? Matth. 14. 31. Benè arguuntur, qui presente Christo timebant: cùm utique, qui ei ad- hæret, perire non possit. S. Ambrosius in Luc. 8.

Ecco ego vobiscum sum. Matth. 28. 20. Sine causa dubium, sine ratione timor, in nobis est; si ipse nobiscum, & cum fin- gulis nostrum. Quid trepidamus in utroque certamine, si nobiscum est, qui triumphavit de morte. Quare cor nostrum phantasias patitur, & pavet, ubi deficit pavor; si pollicita- tionem illam firmam tenemus, quòd semper sit nobiscum; & vol- lumus sub ipsius militare vexillis. Sim. Caff. 1. 14. hic.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 43. Q.icum Christo est; timere non poterit. Adam cum Christo non fuit, quan- do deceptus est: non, si cum Christo fuisset; in ejus præcep- tione mansisset; nec perire utique potuisset. Vis scire, quare cum Christo Adam non erat? dixit ei Dominus: *Adam ubi es?* quem utique quasi absentem requirit. S. Ambrosius in Pf. 39.

Este visio calos aperit, & Filium hominis stantem à dextris Dei. Act. 7. 55. Eusebius Emif. hom. de S. Steph. incunctan- ter offert sanguinem suum, qui præ oculis habet Regem suum, simul & bravium suum. Vidit tantem: quia stare, inquit Ly- ran. proprium est adjuvantibus in prælio.

Solus non est, cui Christus in fuga comes est: solus non est, qui templum Dei servans, ubicunque fuerit, sine Deo non est. S. Cyprianus ep. 56.

Aquila in solem intenta. Lem. Sic vivam. Osèe 6. 3. *vive- mus in conspectu ejus.* Picinelli. Aquila. Lem. *Alti aspeclui.* Levit. 26. 9. *respiciam vos, & crescere faciam.* Id.

S. III.

Præsentia Dei memoria.

Mbulavit Henoch cum Deo. Gen. 5. 22. q. d. ita sanctè vi- xit, quasi Deum semper præ oculis haberet. Sept. veni- unt: *plauit Deo.* Cornelius hic.

Non cum Deo ambulavit. Gen. 6. 9. Non potuit errare: bo- num directorem habuit. S. Thom. Aqu. hic.

Non propoluerunt Deum ante conspectum suum. Pf. 53. 5. Ille proponit Deum ante conspectum suum, qui credit, cum ubi- que esse præsentem; & facile agnoscere, quæ voluntas nititur humana complere. Cassiodorus hic.

Magnus in medio tui Sanctus Israel. II. 12. 6. *Omnes Babilo- nis.* II. 13. 1. Cùm dixisset propheta, adesse Deum in medio Israelis, statim Babilonis excidium prædixit. Ut scias, nihil ita hostes nostros profigitur, quam Dei in mente præsentiam. Oliva 1. 4. Strom. Magnus &c.

Servus Dei nunquam debet, nec aliud, nec aliter, cogitare, loqui, & operari quasi si Deum suum facie ad faciem semper videret. S. Bonav. Stim. am. c. 12.

Sapè hæc verba apud se repetat. Dominus adest, Dominus me videt. Blossius Instit. spir. c. 3.

PRÆSUMPTIO.

Vide tit. Misericordia Dei §. 16.

TITULUS XXXI.

PRINCIPES.

S. I.

Vocantur Pastores.

Dormiverunt Pastores. Nahum 3. 18. (principes, & du- ces) tui rex Assur. S. Hieron. semper diaboli studium est, vigilantes animas consopire.

Ego sum pastor bonus. Joan. 10. 11. *Pastor bonus.* Non dixit, honoratur, & colitur; sed *animam suam dat pro ovibus suis.* Hoc est principatus, hoc est pascendi scientia, sua negligere; & eorum, quos regit, curam gerere. Quod est enim medicus, hoc est princeps; vel potius plus, quam Medicus: Medicus enim arte salutem comparat; princeps autem propriis pericu- lis. S. Chrysof. in Pf. 113.

Pasce agnos meos. Joan. 21. 15. Pasce in Scriptura signifi- cat.